11304. — *Eysteten., et s. Joannis in Auge extra muros Herbipolen., ac Onolspaten., Herbipolen. di., scolast. eccl.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Malsprun, Cisterc. ord., Herbipolen. di. (*A.* 12, f. 48 a.)

Ut s. T. XL.

11305. — *Iid.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Eborach, prædictorum ord. et di. (*A.* 12, f. 48 a.)

23 apr. 1320. (IX kal. maii.) T. LXXX.

11306. — *Ludovico ep.o Lingonen.* mand. ut uniat prioratum Valliscaulium, O. S. B., Lingonen. di., abbatiæ monast. Molismen. eorumd. ord. et di., supplicantibus abbate monast. prædicti et Ymone de Castro Vilano priore prioratus etiam supra nominati. (*A.* 13, f. 365; *V.* 70, ep. 723.)

Ut s.

11307. — *Guichardo de Pictavia* collat. canon. eccl. Constantien. sub exsp. præb. — I. e. m. cant. et Thomæ de Sabaudia, Parisien., ac Guillelmo de Sategneyo, Lingonen. can. eccl. (*V.* 70, ep. 724.)

Ut s. T. XVI.

11308. — *Abb. monast. s. Dionysii in Francia, Parisien. di., et cant. eccl. Parisien.* mand. ut, supplicationibus Ludovici de Vivarien. ad Lingonen. episcopatum translati, compellant Guillelmum de dicto Lingonen. episcopatu ad archiepiscopatum Rothomagen. translatum solvere debita per ipsum in dicto Lingonen. episcopatu contracta. (*A.* 13, f. 365 b; *V.* 70, ep. 727.)

Ut s. T. XXIV, XXVI.

11309. — *Ludovico ep.o Lingonen.* indulg. ad triennium ut VII cler. ipsius obsequiis insistentes fructus benef. suorum absque residentia percipere valeant. — I. e. m. præcent. et sacristæ Vivarien., ac Petro de Casalibus, can. Tricastrin. eccl. (*A.* 13, f. 365 b; *V.* 70, ep. 728.)

Ut s.

11310. — *Guillelmo de Sategneyo* prov. canon. eccl. Lingonen. sub exsp. præb., non obst. in eccl. de Barro super Albam canon. et præb., et decanatu rurali dicto Barri, annexo paroch. eccl. de Presbyterivilla, cujus existit rector. — I. e. m. Raymundo de Satiliaco, Anicien., et Guillelmo de Sansone, et Armando de Civibus, Vivarien. can. eccl. (*V.* 70, ep. 730.)

Ut s.

11311. — *Guillelmo de Rossillione* collat. canon., præb. et cantoriæ eccl. de Insula Tolosan. per translationem Gasberti ad episcopatum Massilien. vac., non obst. quod super paroch. eccl. de Masminiaco, Caturcen. di., ap. S. A. noscatur litigare. — I. e. m. Armando de Narcesio, decano eccl. Montisalban., et Petro Joannis, archid. Belvacen., ac Hugoni de Engolisma can. Xanctonen. (*V.* 70, ep. 731.)

Ut s. T. XI, XIII.

11312. — *Petro de Espagniaco,* cler. Gebennen. di., gratia exsp. benef. etiamsi dign., vel personatus aut off. existat (100 libr. tur. c. c. et 60 s. c.), in civit. vel di. Gebennen. ad disposit. ep.i Gebennen. pertin. — I. e. m. Amedæo de Gebennis, Parisien., et Stephano de Campesio, Gebennen., ac Joanni de Duyng, Lausanen. can. eccl. (*A.* 13, f. 446; *V.* 70, ep. 1120.)

Ut s. T. XI, XIII.

11313. — *Gaufrido de Riparia* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Andegaven.; non obst. paroch. eccl. de Coldra, Malleacen. di., (20 lib. tur.) — I. e. m. Nanneten. et Malleacen. ep.is, ac thesaur. eccl. Briocen. (*A.* 13, f. 560 b; *V.* 70, ep. 1189.)

Ut s. T. XI, XIII.

11314. — *Henrico de Aldondore* ead. gratia in eccl. S. M. Erforden., Maguntin. di. — I. e. m. scolast. S. M. ad gradus, Maguntin. di., et mag. Nicolao de Frattis, Patracen., litt. apost. correctori, ac Joanni de Frudebeis, Maguntin. can. eccl. (*A.* 13, f. 518 b; *V.* 70, ep. 1219 B.)

Ut s.

11315. — *Ludovico ep.o Lingonen.* facul. concedendi off. tabellionatus Petro Pentheveti, cler. Lingonen. (*V.* 70, ep. 1612.)

24 apr. 1320. (VIII kal. maii.) T. XI, XIII.

11316. — *Joanni de Chaloto, leg. professori,* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Catalaunen. — I. e. m. cant. Autisiodoren., et cancellario Carnoten., ac mag. Oudardo de Barris, can. Remen. eccl. (*A.* 13, f. 356; *V.* 70, ep. 681.)

Datum *Avenione.*

24 apr. 1320. (VIII kal. maii.)

11317. — *Bertrando Comarcii* collat. canon. et præb. seu portionis sæcul. eccl. de s. Asterio, Petragoricen. di., per obit. ap. S. A. Petri de Salvitate vac. — I. e. m. ep.o Lemovicen., et archid. de Montepensato Caturcen., ac Arnaldo de Petrilia, can. Vauren. eccl. (*V.* 70, ep. 709.)

Ut s. T. XX.

11318. — *N. v. Conrado, filio quond. Jacobi de Aquaviva, et Isoardæ filiæ n. v. Amelii de Curbano mil., Pennen. et Aprutin. di.*, dispens. super IV° consanguin. gradu in matrim. contrahendo. (*A.* 13, f. 363 b; *V.* 70, ep. 711.)

Ut s.

11319. — *Abb. monast. Fontisfrigidi*, Narbonen. di., mand. ut provideat de abbatissa monasterio de Eula, Cistercien. ord., Elnen. di., ratione cessionis a Sibilia ap. S. A. factæ. (*V.* 70, ep. 718.)

Ut s.

11320. — *Joanni filio n. v. Petri de Tertialeuca* prov. canon. Lingonen. eccl. sub exsp. præb., supplicationibus ep.i, decani et capit. Lingonen., non obst. in eccl. Tullen. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. ut supra, n. 11307. (*V.* 70, ep. 725.)

Ut s.

11321. — *Abb. monast. s. Saturnini Tolosan.* mand. ut compellat subditos monast. de Clariaco, O. S. B., Agennen. di., ad contribuendum reædificationi dormitorii et refectorii ejusd. monast. ab Aynardo abb. inceptæ. (*V.* 70, ep. 726.)

Ut s.

11322. — *Andreæ Bernardi, de Perusio*, can. Clusin., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in civitate vel di. Clusin. — I. e. m. ep.o Castellan., et archipr. s. Secundi de Lacu, Perusin. di., ac Joanni Benevenuti, de Perusio, can. Aretin. eccl. (*V.* 70, ep. 733.)

Ut s.

11323. — *Eid.* collatio canon. et præb. eccl. Clusin., per promotionem Runboldi ad episcopatum Imolen vac. — I. e. m. ut s. (*V.* 70, ep. 734.)

26 apr. 1320. (VI kal. maii.)

11324. — *Michaeli Bergunh* prov. paroch. eccl. de Gajano, Tarvien. di., per liberam resignat. Arnaldi de Bethanis in manibus Arnaldi ep.i Albanen. et deinde mag. Petri Codonth, cler. Caturcen. di., procuratoris Petri Maheut cler. Condomien. ante publicationem litterarum apost. ei hanc rectoriam conferentium; cum obligatione dimitt. eccl. s. Jacobi prope Thoartium, Pictaven. di. — I. e. m. abb. monast. de Niolio, et decano de Romevo, Malleacen. et Condomien. di., ac archid. Nanneten. eccl. (*V.* 70, ep. 852.)

Ut s.

11325. — *Geraldo Dayrant, cler. Agennen. di.*, conc. tabellionatus off. (*V.* 70, ep. 1612.)

28 apr. 1320. (IV kal. maii.)

11326. — *Petro abb. monast. s. Saturnini Tolosani*, R. E. vicecancellario, mand. ut petente Bertrando s. Marcelli presb. card. relaxet excom. latam contra Stephanum de Buco, priorem s. Saturnini de Sarrut, Vivarien. di., et interdictum contra arrendatores prioratus, seu eccl. et villæ s. Andeoli, O. S. B., ejusd. di., quia decimas regi Franciæ ad biennium nuper concessas non persolverunt. (*V.* 70, ep. 676.)

Ut s.

11327. — *Guillelmo de Pireto*, mon. de Grandisilva, Cisterc. ord., Tolosan. di., conc. ut, non obst. quod fuerit professor O. S. A., possit ad Cisterc. ord. transire et recipere benef., off. vel prælaturam. (*V.* 70, ep. 677.)

Ut s.

11328. — *Bertrando de Viriaco* collat. canon. eccl. Valentin. in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur, consid. Guillelmi ep.i et decani et præp., archid. et abb. s. Felicis et nonnullorum can. Valentin., non obst. s. Bernardi de Romanis et S. M. de Montebrisono, Viennen. et Lugdunen. di., et s. Petri de Burgo Valentin. eccl. canon. et in eisd. S. M. præb. et s. Petri portione et in Valentin. eccl. choraria. — I. e. m. ep.o Terracinen., et priori s. Felicis extra muros Valentin., ac archid. Valentin. (*V.* 70, ep. 678.)

Ut s

11329. — *Bernardo de Saliente* collat. canon. eccl. s. Bernardi de Romanis, Viennen. di., in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen distinctio non habetur,

Datum *Avenione.*

cum decreto ut de communibus eccl. proventibus sicut unus ex aliis ipsius eccl. canonicis portionem integram percipere possit. — I. e. m. ep.o Terracinen., et priori s. Felicis extra muros Valentin., ac Jacobo Vaygriardi can. Valentin. (*V.* 70, ep. 679.)

28 apr. 1320. (IV kal. maii.) T. XVI.

11330. — *Ep.o Vapincen.* mand. ut Guidoni de Grandissono, priori prioratus de s. Quintino, O. S. A., Vapincen. di., supplic., justitiæ complementum exhibeat contra Joannem Suppi præceptorem eccl. s. Crucis, Dien. di., qui dictum prioratum per abb. monast. s. Antonii dicti ord., ad R. E. nullo medio pertin., Viennen. di., præfato Guidoni collatum dimittere, prout tenebatur, non solum recusavit, verum etiam 90 flor. auri propterea extorquere sategit. (*A.* 13, f. 512 [b]; *V.* 70, ep. 1180.)

Ut s. T. XL.

11331. — *Archiep.us Ebredunen., et Vapincen. ac Gratianopolitan. ep.i* dantur ut judices conservatores abbatissæ et conv. monast. de Vallebriaci, Cisterc. ord., Viennen. di. (*A.* 13, f. 596; *V.* 70, ep. 1211.)

Ut s. T. X, XII.

11332. — *Joanni, nato Bontozi Chanay,* collat. canon. eccl. s. Petri de Burgo Valentin., in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur; non obst. quadam capell. in Castrosubdionis, Valentin. di., et in eccl. Valentin. clericatu. — I. e. m. decano et Durando de s. Salvatore, ac Joanni de Clavaysone, can. eccl. Valentin. (*A.* 13, f. 602 [b]; *V.* 70, ep. 1236.)

29 apr. 1320. (III kal. maii.)

11333. — *Petro abb. monast. s. Saturnini Tolosan.* ad R. E. nullo medio pertin., O. S. A., R. E. vicecancellario, facul. exigendi moderatum subsidium ab omnibus ejusdem monast. subditis, pro solutione communis servitii 4400 flor. auri ratione suæ promotionis in abb. dicti monast. cameræ apost. et collegio card. juxta morem debiti. — I. e. m. archiep.o Aquen., et decano de Tescone Montisalban., et Bernardo de Monteclaro, can. Tolosan. eccl. (*A.* 13, f. 360 [b]; *V.* 70, ep. 698.)

Ut s. T. XII, XIV.

11334. — *Guillelmo de Malafaida* collat. cancellariæ eccl. Bituricen., per obit. Joannis Thomæ ap. S. A. vac., non obst. archidiac. de Gratiaco in dicta eccl. et in ead. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. priori B. M. de Salis Bituricen., et decano Lemovicen., ac præp. Claromonten. eccl. (*A.* 13, f. 595; *V.* 70, ep. 1209.)

Ut s. T. XII, XIV.

11335. — *Humberto Pallerini, mon. monast. s. Theodori O. S. B., Viennen. di.,* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. etiamsi prioratus, administr., personatus vel off. existat ad collat. abb. et conv. prædicti monast. pertin.; decanatum vero de Marongino, Viennen. di., (15 libr. tur.), dimittat. — I. e. m. abb. monast. foris portam Viennen., et scolast. Petragoricen., ac sacristæ sæcul. de Romanis. Viennen. di. eccl. (*A.* 13, f. 534 [b]; *V.* 70, ep. 1332.)

30 apr. 1320. (II kal. maii.) T. L.

11336. — *Ep.o Racanaten., et s. Petri Veteris Firman., et de s. Victoria, Firman. di., monast. per priores solitorum gub. prioribus* mand. ut confirment electionem Justinæ de Preticulo in abbatissam monast. s. Catherinæ Firman., ad R. E. nullo medio pertin., ord. Cistercien., per obit. Andriolæ et Joannæ in ejus locum electæ, vac., si eam canonice et de persona idonea celebratam invenerint. (*A.* 13, f. 638; *V.* 70, ep. 1398.)

Ut s. T. XXVI.

11337. — *Ep.o Nepesin., Papæ in spiritualibus in Urbe vicario,* mand. ut confirmet electionem Constantiæ de Manerio in abbatissam monast. S. M. de Campomartis de Urbe, ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., per obit. Angelæ vac., si eam idoneam repererit. (*A.* 13, f. 675; *V.* 70, ep. 1517.)

1 (kal.) *maii 1320.*

11338. — *Joanni el. Toletan.* elargitur palleum mandatum per Blasium Ferrandi, Toletan., et Arnaldum de Cunibus, Barchinonen. eccl. can., nuncios ejusd. el. (*V.* 70, ep. 692.)

Ut s.

11339. — *Terraconen. et Cæsaraugustan. archiep.is* mand. ut assignent palleum Joanni prædicto. (*V.* 70, ep. 693.)

Datum *Avenione.*

1 (kal.) *maii 1320.*
T. XX.

11340. — *Cant. et thesaur. eccl. Nanneten., ac officiali Nanneten.* mand. ut citent Petrum Gervardi, priorem prioratus de s. Gereone, O. S. B., Nanneten. di., de hæresi suspectum ex eo quod per triennium sustinuit excommunicationis sententiam, ad instantiam Gaufridi archiep.i Turonen., cui procurationem ratione visitationis vigore indulti Clementis PP. V factæ debitam recusavit, per executores ejusd. indulti in eum latam. (*A.* 13, f. 362 [b]; *V.* 70, ep. 703.)

Ut s.

11341. — *Ep.o Barchinonen.* mand. ut super IV° gradu consanguin. dispenset ut in matrim. contrahendo inter Petrum de Montecornesio, domicellum Jacobi regis Aragonum, et Blancham, filiam quondam Bartholomæi de Mirallis, laici di. Barchinonen. (*V.* 70, ep. 743.)

Ut s.

11342. — *Eid.* mand. ut dispenset super IV° gradu consanguin. in matrim. contracto inter Bernardum de Canellis, laicum, et Sibillam mulierem, viduam quond. Geraldi de Bolliana laici, consid. Jacobi regis Aragonum. (*V.* 70, ep. 758.)

Ut s.
T. XI, XIII.
Gr. pro famil. vicecanc.

11343. — *Aymerico de Villa* collat. paroch. eccl. de Castroverduno, Appamiarum di., per dimissionem a Sicardo de Miramonte juxta constit. super plural. benef. factam vac. — I. e. m. Lemovicen. et Montisalbani ep.is, ac abb. monast. Fuxen., Appamiarum di. (*A.* 13, f. 369; *V.* 70, ep. 771.)

Ut s.

11344. — *Guillelmi Bajuli, de Montepessullano,* conf. perp. vicaria eccl. de Rivis c. c., Narbonen. di., per assecutionem a Joanne de Crusolibus de paroch. eccl. de Monteirato, Carcassonen. di., factam vac., non obst. de Hamilhano et de Truesaco ruralibus eccl., dictæ di. Narbonen., cujus una dependet ab altera. — I. e. m. ep.o Dignen., et præp. ac sacristæ eccl. Avinionen. (*V.* 70, ep. 777.)

Ut s.

11345. — *Mag. et fratribus ord. Militiæ Alcantaren. in Castellæ et Legionis aliisque regnis et terris Alphonsi regis Castellæ ditioni subjectis constitutis* mand. de ordinatione donationis bonorum militiæ Templi ordini Hospitalis s. Joannis Jerosolimitan. (*V.* 70, ep. 896 A.)

Ut s.

11346. — De eodem scribitur *mag. et fratr. ord. militiæ s. Jacobi in Castellæ et Legionis regnis.* (*V.* 70, ep. 896 B.)

Ut s.

11347. — De eodem scribitur *mag. et fratr. ord. militiæ Calatraven. regni Castellæ.* (*V.* 70, ep. 896 C.)

Ut s.

11348. — *Archiep.o Compostellan., et Lucen. ac Corduben. ep.is* mand. ut præfatis magg. et fratr. dicta bona restituere faciant. (*V.* 70, ep. 896 D.)

Ut s.
T. XX.

11349. — *Ep.o Dignen. et Petro de Vidilhano, can. Nemausen., ac officiali Avinionen.,* mand. ut immittant in possessionem paroch. eccl. de Moroiolis, Nemausen. di., per assecutionem ab Aymerico Girardi, cap. PP., factam de archidiac. c. c. eccl. Elnen. vac., Petrum de Pererio apost. auct. provisum, amoto Clemente de Vodabla cler. Nemausen., dicti Aymerici nep. seu consanguineo, per Gaucelinum ss. Marcellini et Petri presb. card. vigore resignationis in manibus ipsius per prædictum Aymericum ejus cap. domesticum factæ ac facultatis conferendi beneficia capellanorum suorum eid. card. ead. auct. concessæ proviso. (*A.* 13, f. 425 [b]; *V.* 70, ep. 986.)

Ut s.

11350. — *Ep.o s. Flori* mand. ut dispenset super cognatione spirituali in matrim. jam contracto Joannem Rotundi et Sauram, filiam quond. Petri Conderchi, mulierem, cives s. Flori. (*A.* 13, f. 399 [b]; *V.* 70, ep. 1067.)

Ut s.
T. XVIII.

11351. — Indulg. XL dierum facientibus eleemosynam magistro et fratribus Domus Dei de Caudaforti prope Cenomanis, O. S. A., pro sustentatione egentium et pauperum infirmorum ac pauperum mulierum in puerperio decubantium. (*A.* 13, f. 404; *V.* 70, ep. 1093.)

Datum *Avenione.*

1 (kal.) *maii 1320.* T. X, XII.

11352. — *Guillelmo Balduini*, cler. Lexovien. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (60 libr. tur.) in civit. vel di. Lexovien., ad collat. abb. et conv. monast. Eburlphi, O. S. B., dictæ di. — I. e. m. Joanni de Mellenco, Melden., et Thomæ Galli, Abrincen., ac Joanni de Eltevitevilla, Lexovien. eccl. can. (*A.* 13, f. 446 [b]; *V.* 70, ep. 1121.)

Ut s. T. XVI.

11353. — *Richardo dicto de Remerine*, cler. Noviomen., conc. tabellionatus off. (*A.* 13, f. 506; *V.* 70, ep. 1124.)

Ut s.

11354. — *Lazarino nato n. v. Georgii Malocelli*, consanguineo Lucæ S. M. in Via lata diac. card. supplic., collat. canon. et præb. eccl. Lichefelden., per obit. Thedisii Malocelli S. A. cap. vac. — I. e. m. abb. monast. s. Siri Januen., et mag. Busolo de Busolis, Tornacen., cap. Papæ, ac Francisco de Lucho, Eboracen. can. eccl. (*A.* 13, f. 504; *V.* 70, ep. 1129.)

Ut s. T. XXVI.

11355. — *Ossino regi Armeniæ* facul. ordinariis locorum et confessori suo ut eid. in virtute sanctæ obedientiæ mandare valeant quod a maceratione sui corporis se abstineat, et carnibus ac lacticiniis utatur, cum ex tali maceratione et jejuniis grave periculum immineat regno Armeniæ per crudelissimos hostes invadi solito; præfato rege ex septem fratribus solo existente. (*A.* 13, f. 506 [b]; *V.* 70, ep. 1132.)

Ut s. T. X, XII.

11356. — *Hugoni Donadei* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Vauren. — I. e. m. ep.o Lemovicen., et decano s. Stephani de Tescone Montisalban., ac archid. Figiacen., Caturcen. eccl. (*A.* 13, f. 510; *V.* 70, ep. 1175.)

Ut s. T. XI, XIII.

11357. — *Ægidio de Duaco* ead. gratia in eccl. s. Petri Duacen., Atrebaten. di. — I. e. m. abb. monast. Clarimaresci, et decano s. Amati Duacen., Morinen. et Atrebaten. di., ac Thomæ Galli, can. Cenomanen. eccl. (*A.* 13, f. 599; *V.* 70, ep. 1226.)

Ut s. T. XVI.

11358. — *Berardo el. Auximan.* conc. facul. recipiendi munus consecrat. a quocumque maluerit antistite. (*A.* 13, f. 638; *V.* 70, ep. 1399.)

Ut s. T. XL.

11359. — *Eysteten. et s. Joannis in Hauge extra muros Herbipolen., ac Cuhospacen. Herbipolen. scolast. eccl.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Halsprun., Cistercien. ord., Eysteten. di. (*A.* 13, f. 693; *V.* 70, ep. 1469.)

Ut s.

11360. — *Archiep.o Neapolitan.* facul. concedendi tabellionatus off. uni personæ a Petro Brancacii, can. Neapolitan., PP. cap., nominandæ. (*V.* 70, ep. 1612.)

Ut s. T. XI, XIII.

11361. — *Bernardo Hugonis de s. Arthemia* prov. canon. eccl. s. Stephani de Tescone Montisalban. sub exsp. præb. — I. e. m. præp. Aquen., et Galhardo Juliani ac Bernardo de Montelanardi, can. Caturcen. eccl. (*A.* 231, f. 120 [b]; *V.* 70, ep. 1617.)

2 (VI non.) *maii 1320.*

11362. — *Gardiano F. O. M. de Piperno*, Terracinen. di., mand. ut Massimum de Piperno, filium quond. Joannis dicti Costi de Piperno mil., et Germinam ejusd. loci de Piperno dispenset super IV° gradu consanguin. in matrim. contrahendo. (*V.* 70, ep. 715.)

Ut s. T. XI, XIII.

11363. — *Joanni de Castagnolis*, generis et morum nobilitate conspicuo, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Spiren., non obst. in eccl. Siclinen., Tornacen. di., canon. sub exsp. præb. — I. e. m. præp. Colonien., et Maguntin. ac s. Germani extra muros Spiren. eccl. decanis. (*A.* 13, f. 366; *V.* 70, ep. 729.)

Ut s.

11364. — *Bertrando Durbanni abb. monast. de Manso Asili O. S. B., Riven. di.*, confirmatio electionis suæ celebratæ post mortem Raymundi Athonis. (*V.* 70, ep. 773.)

Ut s.

11365. — *Joanni Calvi de Gabiano*, cler. Vercellen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in di. Vercellen., ad collat. ep.i. — I. e. m. ep.o Lucan., et abb. monast. s. Stephani Vercellen., et præp. eccl. de Casali Vercellen. di. (*V.* 70, ep. 775.)

Ut s.

11366. — Indulgentia c dierum porrigentibus manus adjutrices confraternitati Corporis Christi in eccl. b. Magnobodii Andegaven. (*V.* 70, ep. 798.)

Datum *Avenione.*

2 (VI non.) *maii 1320.*

11367. — *Magistris Guidoni de Lavalle et Yvoni de Lambalia, can., ac officiali Andegaven.* mand. ut Robinum de Villaribus scolarem Cenomanen. faciant recipi in mon. monast. s. Petri de Cultura, O. S. B., Cenomanen. di. (*V.* 70, ep. 809.)

Ut s.

11368. — *Simonino de Bordolano* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Cuman. — I. e. m. s. Ambrosii Mediolanen., et Fructuarien. monast. abb., ac præp. eccl. s. Petri de Clavaxio, Iporien. di. (*V.* 70, ep. 871.)

Ut s.
T. XII, XIV.

11369. — *Antonino de Goano, cler. Januen.*, cler. Roberti regis Siciliæ supplic., reservantur canon. et præb. eccl. Autisiodoren. per consecrat. mag. Petri Ferri, el. Anagnin., in brevi vacaturi; non obst. canon. eccl. Morinen. sub exsp. præb. — I. e. m. s. Siri Januen., et s. Germani monast. abb., ac priori s. Eusebii Autisiodoren. (*A.* 13, f. 730; *V.* 70, ep. 1545.)

3 (V non.) *maii 1320.*

11370. — *Petro el. Ruthenen.* facul. ut possit consecrari a quocumque maluerit ep.o in curia vel extra. (*V.* 70, ep. 900.)

Ut s.
T. XVI.

11371. — *E.po Faventin.* mand. ut dispenset super IV° consanguin. gradu in matrim. jam contracto n. v. Tanum quond. Ubaldini de Cirelis et Margaritam filiam Righeti de Rhogatis, Faventin. di. (*A.* 13, f. 550; *V.* 70, ep. 1107.)

Ut s.
T. XI, XIII.

11372. — Collat. præposituræ eccl. Anagnin., c. c., per dimissionem a Lando Catenatii juxta constit. super plural. benef. factam vac., *Petro nato quond. Pauli Militis Anagnin.*, dictæ eccl. can. præben., et in s. Petri de Anticulo, Anagnin. di., eccl. locum et benef. obtinenti. — I. e. m. s. Agnetis et s. Olivæ Anagnin. archipr.is, ac Ingeraymo de Montelpero, can. Anconitan. eccl. (*A.* 13, f. 444 b; *V.* 70, ep. 1118.)

Ut s.

11373. — *Joanni Alberti de Gundricuria, cler. Tullen. di.*, conc. tabellionatus off. (*V.* 70, ep. 1612.)

Ut s.

11374. — *Francisco Onufrii, de Carpineto, cler. Pennen. di.*, conc. tabellionatus off. (*Ibid.*)

4 (IV non.) *maii 1320.*

11375. — *Bertrando de Texenderiis* providetur de canon. et præb. eccl. Bajocen., per electionem Guillelmi in episcopum Vivarien. vac., consid. Bertrandi S. Marcelli presb. card. cujus est nepos. — I. e. m. abb. monast. B. M. de Longis, Bajocen. di., et præp. Avinionen., ac mag. Stephano Hugoneti, can. Mimaten. eccl. (*V.* 70, ep. 695.)

Ut s.

11376. — *Jacobo de Nivene* prov. canon. eccl. s. Dionysii, Leodien. di., sub exsp. præb.; non obst. paroch. eccl. de Galmardis, Cameracen. di., (25 lib. parisien.) — I. e. m. decano s. Servatii Trajecten., Leodien di., et Buxolo de Parma, Tornacen., ac Inberto dicto Franscis, Leodien. can. eccl. (*V.* 70, ep. 713.)

Ut s.

11377. — *N. v. Theodoro marchioni Montisferrati* indulget. ut non possit excommunicari per ordinarium nisi in causis ad ecclesiasticum forum pertinentibus. (*V.* 70, ep. 761 A.)

Ut s.

11378. — *Ep.o Aquen. et abb. monast. Fructuarien., Iporien. di., ac præp. eccl. de Cherio, Taurinen. di.*, mand. ut indultum prædictum observari faciant. (*V.* 70, ep. 761 B.)

Ut s.

11379. — *S. Ambrosii Mediolanen. et de s. Gaudentio monast. abb., ac præp. eccl. de Clavaxio, Aquen. et Yporien. di.*, mand. ut præfato marchioni faciant justitiam de interdicto lato per Tedisium ep.um Taurinen. in castro s. Raphaelis et hominibus ipsius castri ratione juramenti facti marchioni prædicto et non eid. Tedisio prætendenti id. castrum ad suam eccl. pertinere. (*V.* 70, ep. 762.)

Ut s.

11380. — *Ep.o Vercellen.* mand. ut eid. marchioni justitiam faciat in eo quod ep.us Yporien. juramentum fidelitatis ab eod. ratione feudorum eccl. Yporien. debitum recipere et de ipsis feudis investire contradicit. (*V.* 70, ep. 763.)

Datum *Avenione.*

4 (IV non.) *maii 1320.*

11381. — *Eid.* mand. ut faciat recipi x mon. in monast. de Lucedio, O. S. B., Vercellen. di., ad nominationem dicti marchionis. (*V.* 70, ep. 768.)

Ut s.
T. XVI.

11382. — *Ep.o Condomien.* mand. ut dispenset super IV° consanguin. gradu in matrim. jam contracto Bernardum de Foresio, domicellum, et n. m. Assalidam de Galardo, Condomien. di. (*A.* 13, f. 476; *V.* 70, ep. 971.)

Ut s.

11383. — Confirmatio electionis *Francisci* ad episcopatum Ceneten., per translationem Manfredini ad eccl. Feltren. vac. — I. e. m. capit., clero, populo et vassallis dictæ eccl. Ceneten.; ac patriarchæ Aquilegen. (*V.* 70, ep. 1005.)

Ut s.
T. XXX.

11384. — *Ep.o Forosinfronien.* remittitur Bartholus Guiducii, civis Forosinfronien., juxta formam eccl. absolutus ab excom. per eum incursa ex eo quod fuit tractator et fautor quod Joannes ep.us Forosinfronien. occideretur ac ipse dictum ep.um semimortuum ense percussit, pro complemento pœnitentiæ præfato Bartolo injunctæ. (*A.* 13, f. 451 b; *V.* 70, ep. 1146.)

Ut s.

11385. — *Eid. ep.o* remittitur ead. causa Benencasanus Ugolinucii, civis Forosinfronien. (*A.* 13, f. 452; *V.* 70, ep. 1146.)

Ut s.
T. XVIII.

11386. — *Ep.o Alben.* mand. ut dispenset super IV° consanguin. gradu in matrim. contracto Joannem dictum Una de Perllo, laicum, et Leonetam natam quond. Oddonis Conchæ de Salis, mul. Alben. di. (*A.* 13, f. 573 b; *V.* 70, ep. 1281.)

Ut s.
T. XXX.

11387. — *Præp. eccl. s. Petri de Clavaxio,* Yporien. di., mand. ut recipi faciat x pers. a n. v. Theodoro marchione Montisferrati nominandas in monast. de Lucedio, Cistercien. ord., Vercellen. di., a suis progenitoribus fundato. (*A.* 15, f. 511 b; *V.* 72, ep. 1082.)

5 (III non.) *maii 1320.*
T. XXVI.

11388. — Confirmatur compositio inita inter *Gasbertum de Maloroso mercatorem Narbonen.* ex una parte et Helionum mag. Hospitalis s. Joannis Jerosolimitani ac ordinem dicti Hospitalis ex altera super quadam pecuniæ summa dicto mercatori debita. (*A.* 13, f. 362; *V.* 70, ep. 700.)

Ut s.

11389. — *Joannes* præficitur in ep.um eccl. Tiburtin., R. E. immediate subjectæ, vac. per obit. Jacobi. — I. e. m. capit. eccl. Tiburtin.; clero et populo civit. et di. (*V.* 70, ep. 720; Eubel, *Bullarium Franciscanum,* t. V, p. 184, n. 397.)

Ut s.
T. XVI.

11390. — *Ep.o Lausanen.* mand. ut dispenset super III° et IV° affin. gradibus actu fornicario contractæ in matrim. jam contracto inter Gerardum de Marestach et Margaritam, cives Lausanen. (*A.* 13, f. 590; *V.* 70, ep. 1154.)

6 (II non.) *maii 1320.*

11391. — *Ep.o Urbevetan.* mand. ut finem imponat causæ vergenti inter Poncellum natum Ursi de filiis Ursi de Urbe et commune civit. Viterbien. (*V.* 70, ep. 825.)

7 (non.) *maii 1320.*
T. XII, XIV.

11392. — *Joanni de Almeriis* collat. paroch. eccl. de Montebruno, Lomberien. di., per resignat. a Vitali de Morenquis ex causa permutationis cum perp. vicaria paroch. eccl. de Montegio, Montisalban. di., factam vac. — I. e. m. Guillelmo Revelli decano Burlacen., Castren. di., et Bertrando de Galhardo, archid. Ganden. Tornacen., ac Guillelmo de Prato, can. Agennen. eccl. (*A.* 13, f. 415 b; *V.* 70, ep. 928.)

Ut s.

11393. — Indulg. c dierum visitantibus eccl. Domus Dei de Caudaforti prope Cenomanis, O. S. A., in honorem b. Joannis Baptistæ fundatam. (*A.* 13, f. 403 b; *V.* 70, ep. 1092.)

Ut s.

11394. — *Joanni dicto Rombout de Lira, cler. Cameracen. di.,* conc. tabellionatus off. (*V.* 70, ep. 1612.)

Ut s.

11395. — *Officiali Cameracen.* facul. concedendi tabellionatus off. VIII pers. a Joanne Lothoringiæ, Brabantiæ ac Lucemburgiæ duce nominandis. (*V.* 70, ep. 1612.)

8 (VIII id.) *maii 1320.*

11396. — *Hardoino de Porta, domicello, et Margaritæ de Doadio,* ejus uxori, Malleacen. di., dispens. super IV° gradu consanguin. in matrim. contracto. (*V.* 70, ep. 721.)

Datum *Avenione.*

8 (VIII id.) *maii 1320.* T. X, XII.

11397. — *Petro Savelli* collat. canon. eccl. Dien., in qua certus can. numerus non habetur; non obst. quod sit in ead. eccl. cler. chorarius et cap. cujusdam capellaniæ (4 lib. tur.) — I. e. m. abb. monast. s. Ruffi Valentin., et priori s. Mauritii Dien., ac mag. Martino de Chalanconio, can. Vivarien. (*A.* 13, f. 595 [b]; *V.* 70, ep. 1210.)

9 (VII id.) *maii 1320.* T. XI, XIII.

11398. — *Petro Juliani* collat. canon. et præb. eccl. Barchinonen. per resignat. a Joanne Alegre causa permutat. cum canon. et præb. eccl. s. Joannis de Perpiniano, Elnen. di., factam vac. — I. e. m. Ageren. et s. Cucufati, Ilerden. di., monast. abb., præcent. eccl. Gerunden. (*A.* 13, f. 368; *V.* 70, ep. 740.)

Ut s.

11399. — *Eid.* collat. eccl. s. Petri de Corsano, Terraconen. di., per resignat. a Joanne Alegre ex causa permutat. cum rectoria paroch. eccl. de s. Laurentio, Elnen. di., factam vac. — I. e. m. abb. monast. Ageren. Ilerden. di., et archid. Terracon., ac sacristæ Barchinonen. eccl. (*V.* 70, ep. 741.)

Ut s.

11400. — *Joanni Hectoris,* mon. monast. s. Theoffredi, O. S. B., Anicien. di., gratia exsp. prioratus seu benef. vel administr. c. c. vel s. c. consueti per monachos ejusd. monast. gub. — I. e. m. Begoni de Pennavayra, Ruthenen., et Petro Bernardi ac Joanni de s. Guillelmo, Anicien can. eccl. (*V.* 70, ep. 759.)

Ut s.

11401. — *Joanni Alegre* collat. paroch. eccl. de s. Laurentio, Elnen. di., vac. ex causa permutat. factæ cum Petro Juliani de paroch. eccl. s. Petri de Corsano, Terraconen. di. — I. e. m. priori s. Firmini de Montepessulano, et decano de Burlatio, Magalonen. et Castren. di., ac sacristæ Narbonen. eccl. (*V.* 70, ep. 980.)

Ut s. T. XI, XIII.

11402 — *Eid.* collat. canon. et præb. eccl. s. Joannis de Perpiniano, Elnen. di., per resignat. a prædicto Petro ex causa permut. cum canon. et præb. eccl. Barchinonen. factam vac. — I. e. m. ut s. (*A.* 13, f. 481 [b]; V. 70, ep. 985.)

Ut s. T. XI, XIII.

11403. — *Berengario Cogoti,* cler. Biterren. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (60 lib. tur.) in civit. vel di. s. Pontii Thomeriarum. — I. e. m. abb. sæcul. s. Affrodisii et thesaur. majoris Biterren., ac Joanni de s. Guillelmo, can. Anicien. eccl. (*A.* 13, f. 485; *V.* 70, ep. 996.)

Ut s. Gr. pro socio.

11404. — *Mag. Bartholino de Buarno* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Tridentin., non obst. in Brixien. archidiac. et in ea ac Pergamen. canon. et præb., ac in S. M. de Cusiaco et de Arco, Brixien. et Tridentin. di., eccl. aliquibus benef. — I. e. m. abb. monast. s. Laurentii prope Tridentum, ac archid. Bononien., ac archipr. s. Martini de Gargnano, Brixien. di., eccl. (*A.* 13, f. 561 [b]; *V.* 70, ep. 1190.)

Ut s.

11405. — *Antoniolo nato Lancellotti de Mimolinis, de Brixia,* ead. gratia in eccl. Cremonen. — I. e. m. de s. Euphemia, Brixien. di., et s. Laurentii Cremonen. monast. abb., ac archid. Brixien. (*A.* 13, f. 747; *V.* 70, ep. 1581.)

10 (VI id.) *maii 1320.*

11406. — *Archiep.o Cæsaraugustan.* mand. ut super III° et IV° consanguin. gradibus, consid. Jacobi regis Aragonum, dispenset in matrim. contrahendo inter n. v. Artaldum de Luna et n. m. Margaritam de Montecatheno. (*A.* 13, f. 368; *V.* 70, ep. 739.)

Ut s.

11407. — *Jacobo primogenito regis Aragonum,* ord. hospitalis s. Joannis Jerosolimitan., indult. ut possit eligere sepulturam alteram quam in monast. s. Crucium, Cistercien. ord., Terraconen. di., in quo, antequam in ord. Hospitalis prædicti esset ingressus, sepulturam specialiter elegerat. (*V.* 70, ep. 745.)

Ut s.

11408. — *Id. Jacobus* absolvitur a voto intrandi ordinem Cistercien. (*V.* 70, ep. 746.)

Ut s. T. XX. Gr. pro Raymundo de Columberio.

11409. — Confirmata electione Bertrandi, olim prioris prioratus de Monteacuto, O. S. B., Remen. di., ad monast. de Mansoazilis, eorumd. ord. et di., pertin., in abb. dicti monast. per obit. Raymundi vac., reservatur prædictus prioratus disposit. S. A. (*A.* 13, f. 685; *V.* 70, ep. 1450.)

Datum *Avenione.*

11 (v id.) *maii 1320.* T. XI, XIII.

11410. — *Hueto nato Guillotini de Camera* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Potentiani de Castrocensorio, Æduen. di., non obst. in eccl. s. Andochii Sedelocen. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. præp. de Susseyo, et decano ac archid. Avalonen. eccl. Æduen. (*A.* 13, f. 503 [b]; *V.* 70, ep. 1128.)

Ut s.[1] T. X, XII.

11411. — *Benevenuto, nato Girardi de Bartholomæis de Claris,* ead. gratia in eccl. B. M. plebis de Palazolo, Brixien. di. — I. e. m. de s. Euphemia, Brixien. di., et s. Laurentii Cremonen. monast. abb., ac archid. Brixien. (*A.* 13, f. 751 [b]; *V.* 70, ep. 1590.)

15 (id.) *maii 1320.*

11412. — *Joanni de Solerio* conf. paroch. eccl. s. Saturnini de Planis, Lodoven. di., per obit. ap. S. A. Joannis Saturnini vac., consid. ep.i Lodoven. cujus est cler. et famil. — I. e. m. abb. monast. s. Salvatoris Lodoven., et præp. Claromonten., ac Guillelmo de Concosio, can. Autisiodoren. eccl. (*V.* 70, ep. 752.)

Ut s.

***11413.** — Uniuntur XXIV archipresbyteratus, Æduen. di., XXIV ecclesiis ejusd. di., quarum fit longa enumeratio. — I. e. m. abb. de Castrocensorio, et decano Æduen., ac præp. de Sirffeyo eccl. Æduen. (*V.* 70, ep. 767.)

Ut s.

11414. — *Geraldo de Stivals,* cler. Caturcen. di., confirmatur possessio perp. vicariæ parochialium de s. Antegio et s. Vincentii de Ripparia Bargalonæ eccl., seu capellarum, quarum una dependet ab altera, ad capit. Caturcen. collat. spect., vac. per obit. apud S. A. Petri Natalis provisi de uno benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Caturcen., ad ejusd. capit. collat. pertin., per litteras b. me. Clementis V in forma pauperum, post examinationem diligenter factam de litteratura adversus Aymericum Sorberii, cler. dictæ di., provisum de dicta vicaria per præsentationem factam a Petro de Cornelio can. ejusd. eccl. Caturcen. — I. e. m. præp. Claromonten., et Arnaldo de Petrilia, Vauren., ac Guillelmo de Concouret, Autisiodoren. can. eccl. (*V.* 70, ep. 815.)

Ut s. T. XL.

11415. — *Præp. Nicien., et archid. Tolonen., ac sacrista Aquen. eccl.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Floregio seu de Toroneto, Cisterc. ord., Forojulien. di. (*A.* 12, f. 48 [b].)

Ut s. T. XL.

11416. — *Abb. monast. de Belbok Caminen. di., et Culmen. ac Warmien. eccl. præp.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Oliva, Cisterc. ord., Wladislavien. di. (*A.* 12, f. 48 [b].)

Ut s. T. XL.

11417. — *Eid.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Polplin, ord. et di. prædictorum. (*A.* 12, f. 48 [b].)

Ut s. T. XL.

11418. — Abbati et conv. monast. de Novocampo, Cistercien. ord., Zverinen. di., dantur ut judices conservatores *præp. Brandeburgen., et majoris ac s. Sebastiani Magdeburgen. decani eccl.* (*A.* 12, f. 53 [a].)

16 maii 1320. (XVII kal. jun.)

11419. — *Joanni de Viano* prov. canon. et præb. eccl. Rothomagen. per electionem Joannis de Alnagoria ad sedem Briocen. vac.; non obst. archidiac. de Sabolio et canon. et præb. in eccl. Cenomanen. — I. e. m. abb. monast. B. M. de Beccohelluini, Rothomagen. di., et priori s. Gervasii prope Rothomagum, ac mag. Joanni de Duino, can. Rothomagen. (*V.* 70, ep. 744.)

Ut s.

11420. — *Ep.o Taurinen.* mand. ut recipiat resignationem Bartholomæi abb. monast. de Grazano, O. S. B., Vercellen. di., et eid. monast. provideat de pers. quam reputabit utilem. (*V.* 70, ep. 776.)

Ut s.

11421. — *Petro Oudardi* collat. canon. sub exsp. præb. in eccl. Turonen., non obst. canon. et præb. in s. Martini Andegaven., et in Nanneten., Cenomanen. ac s. Mar-

1. R. V. = *VII id. maii.*

Datum *Avenione.*

tini Candaten., Turonen. di., eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. abb. Majoris monast., Turonen. di., et decano ac thesaur. eccl. Andegaven. (*V.* 70, ep. 808.)

16 maii 1320. (XVII kal. jun.)

11422. — *Ep.o Andegaven.* mand. ut provideat Ægidium Draperii, presb. Andegaven. di., de paroch. eccl. de Courtilleriis, Cenomanen. di., vac. ex eo quod Mathæus Gibart olim ipsius rector se non fecit in presb. promoveri (*V.* 70, ep. 810.)

Ut s. T. XI, XIII.

11423. — *Roberto de Charmaya* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Ebroicen.; non obst. benef. super domo leprosariæ de Bruraliis, Carnoten. di. — I. e. m. abb. monast. s. Thaurini Ebroicen., ac decano eccl. Carnoten., et Thomæ Galli, can. Cenomanen. (*A.* 13, f. 377; *V.* 70, ep. 813.)

Ut s.

11424. — *Theobaldo de Fontanis* ead. gratia in eccl. s. Reguli, Silvanecten. di.; non obst. in eccl. Melden. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. de Choalis et de Harmaus, Silvanecten. et Parisien. di., monast. abb., et decano eccl. Pictaven. (*V.* 70, ep. 829.)

Ut s. T. XII, XIV.

11425. — Prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Ambianen., obtentu Philippi regis Franciæ et Joannæ consortis ejus, *mag. Guidoni de Malliaco,* ipsorum cler.; non obst. quod in majori et s. Martini Turonen. eccl. canon. obtineat et præb., ac super præpositura de Rethimaco in dicta eccl. s. Martini litiget. — I. e. m. ep.o Maclovien., et Simoni el. Viennen., ac cant. eccl. Parisien. (*A.* 12, f. 54 b; *V.* 70, ep. 833.)

Ut s. T. XIV, XVI.

11426. — *Joanni de Blesis, can. eccl. Parisien.,* gratia exsp. dign., vel personatus aut off. c. c. vel s. c. in ead. eccl. cum dispens. a generali concilio super plural. benef. et super defectu ordinum ac ætatis (21 an.); non obst. in majori archidiac. et in s. Gengulphi Tullen. præpositura ac in Tornacen. cancellaria, et in eisd. Tullen. et Tornacen. canon. et præb., ac in prædicta Parisien. et Carnoten. eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. abb. monast. S. M. de Burgomedio, et cant. eccl. s. Salvatoris Blesen., Carnoten. di., ac mag. Philippo de Mossia, can. Tornacen. (*A.* 13, f. 728; *V.* 70, ep. 958.)

Ut s. T. XI, XIII.

11427. — *Stephano Mignano de Solario,* nobilitate generis conspicuo, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Leodien., consid. Roberti Siciliæ regis. — I. e. m. ep.o Lucan., ac s. Joannis et s. Dionysii Leodien. eccl. decanis. (*A.* 13, f. 473 b; *V.* 70, ep. 963.)

Ut s. T. XI, XIII.

11428. — *Mag. Guidoni de s. Germano,* leg. professori, ex ecclesiæ Anicien. vassallis nobilibus originem trahenti, prov. canon. sub exsp. præb. et dign., seu personatus vel off. c. c. vel s. c. in ead. eccl. — I. e. m. abb. monast. Casædei, Claromonten. di., et præp. Avinionen., ac Romano Roberti, can. Constantien. eccl. (*A.* 13, f. 551 b; *V.* 70, ep. 1136.)

Ut s. T. XI, XIII.

11429. — *Petro Sariodi* ead. gratia in eccl. Sedunen.; non obst. in eccl. Augusten. canon. et præb. modici valoris. — I. e. m. priori s. Ursi Augusten., et archid. ac Aimoni de Jovenzano, can. Augusten. eccl. (*A.* 13, f. 525; *V.* 70, ep. 1261.)

Ut s. T. XI, XIII.

11430. — *Bonoandreæ Petri, de Bononia, D. D.,* collat. canon. sub exsp. præb eccl. Tridentin.; non obst. in eccl. S. M. de Flemis canon. et præb., ac clericatu eccl. s. Blasii de Cento, Tridentin. et Bononien. di. — I. e. m. ep.o Bononien., et abb. monast. s. Laurentii prope Tridentum, ac archid. Bononien. (*A.* 13, f. 616; *V.* 70, ep. 1288.)

Ut s.

11431. — *Benedicto Raynerii, de Urbeveteri,* ead. gratia in eccl. Paduan. non obst. in eccl. Veronen. canon. et præb. — I. e. m. ep.o Ferrarien., et mag. Joanni de Verulis, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe, not. PP., ac abb. monast. s. Justinæ Paduan. (*A.* 13, f. 616 b; *V.* 70, ep. 1289.)

Ut s. T. XXX.

11432. — *Ep.o Bajocen.* mand. ut monasterio B. M. de Ardenna, Præmonstraten. ord., suæ di., uniat paroch. eccl. s. Contesti ejusd. di., (200 libr. tur.), cujus jus patronatus ad abb. et conv. dicti monast. pertinet. (*A.* 13, f. 656 b; *V.* 70, ep. 1436.)

Datum *Avenione.*

16 maii 1320. (XVII kal. jun.) T. X, XII.

11433. — *Guillelmo Sansonis* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Briocen. — I. e. m. decano, et thesaur., ac mag. Ivoni de Lambala, can. eccl. Andegaven. (*A.* 13, f. 682; *V.* 70, ep. 1437.)

Ut s. T. X, XII.

11434. — *Nicolao de Monasteriis* ead. gratia in eccl. s. Maurilii Andegaven. — I. e. m. de Sableyo et de Lavalle archid.is Cenomanen., ac mag. Nichasio Blondelli, can. Andegaven. eccl. (*A.* 13, f. 683; *V.* 70, ep. 1438.)

Ut s. T. X, XII.

11435. — *Guarino de Joyaco* ead. gratia in eccl. Dolen. — I. e. m. archid.is supradictis, ac Guillelmo de Coudrayo, can. Dolen. eccl. (*A.* 13, f. 683; *V.* 70, ep. 1439.)

Ut s. T. X, XII.

11436. — *Joanni Behuchet* ead. gratia in eccl. s. Joannis Andegaven. — I. e. m. ut s., n. 11434. (*A.* 13, f. 657; *V.* 70, ep. 1440.)

Ut s. T. X, XII.

11437. — *Philippo dicto Clocy, alias de Lavilete,* ead. gratia in eccl. s. Liphardi Madunen., Aurelianen. di. — I. e. m. mag. Nicolao de Freauvilla, Ricardo de Alneto ac Joanni Broardi, can. Aurelianen. eccl. (*A.* 13, f. 658; *V.* 70, ep. 1441.)

Ut s. T. X, XII.

11438. — *Joanni Cholet* ead. gratia in eccl. s. Nicolai Belvacen. — I. e. m. magg. Alberto de Roie et Ricardo de Campis, Belvacen., ac Guillelmo Ertaudi, Cenomanen. can. eccl. (*A.* 13, f. 658; *V.* 70, ep. 1442.)

Ut s. T. XI, XIII.

11439. — *Mag. Gaufrido de Perrigneyo* ead. gratia in eccl. Nanneten.; non obst. in B. M. de Valle, et in B. M. de Vitreyo, ac in de Credonio eccl., Cenomanen., Redonen. et Andegaven. di., canon. et præb. — I. e. m. archid. de Sabolio, et cant., ac mag. Joanni de Viana, can. eccl. Cenomanen. (*A.* 13, f. 658 b; V. 70, ep. 1443.)

Ut s. T. X, XII.

11440. — *Guillelmo de Karone* ead. gratia in eccl. s. Sepulchri de Cadomo, Bajocen. di. — I. e. m. archid. de Gaceyo Lexovien., et mag. Philippo de Tuilleyo ac Roberto Benedicti, Bajocen. can. eccl. (*A.* 13, f. 658 b; *V.* 70, ep. 1444.)

Ut s. T. X, XII.

11441. — *Joanni Torchi* ead. gratia in eccl. s. Magnobodii Andegaven. — I. e. m. ut s., n. 11434. (*A.* 13, f. 659; *V.* 70, ep. 1445.)

Ut s. T. XX.

11442. — *Decano, cantori ac succentori eccl. Pictaven.* mand. ut recipi faciant Guillermetam de s. Persio, mulierem Andegaven. di., in monacham monast. s. Crucis Pictaven., O. S. B. (*A.* 13, f. 683 b; *V.* 70, ep. 1446 A.)

Ut s. T. XX.

11443. — *Archid. de Gaceyo in eccl. Lexovien., et magg. Philippo de Tuilleyo ac Roberto Benedicti, can. Bajocen.,* mand. ut recipi faciant Joannam de Karone, mulierem Bajocen. di., in monast. s. Trinitatis de Cadomo, O. S. B., dictæ di. (*A.* 13, f. 683 b; *V.* 70, ep. 1446 B.)

Ut s. T. XX.

11444. — *Archid., ac magg. Michaeli Mauconduit ac Joanni de Dunio, can. Rothomagen.,* mand. ut recipi faciant Richardam de Karone, mulierem Bajocen. di., in monast. B. M. de Monasterio Villari, O. S. B., Rothomagen. di. (*A.* 13, f. 683 b; *V.* 70, ep. 1446 C.)

Ut s. T. XX.

11445. — *Decano, et magg. Guidoni de Mailliaco ac Droconi Mellet,* Turonen. eccl. can., mand. ut recipi faciant Agnetem de Chevigneyo, mulierem Andegaven. di., in monast. de Bellomonte, O. S. B., Turonen. di. (*A.* 13, f. 683 b; *V.* 70, ep. 1446 D.)

Ut s. T. XX.

11446. — *Thesaur., et magg. Guidoni de Lavalle ac Nichasio Blondelli, can. eccl. Andegaven.,* mand. ut recipi faciant Isabellam de Charnone, mulierem Andegaven. di., in monast. B. M. Andegaven., O. S. B. (*A.* 13, f. 684; *V.* 70, ep. 1446 E.)

Ut s. T. XX.

11447. — *Magg. Guidoni de Lavalle et Nichasio Blondelli, Andegaven., ac Guidoni de Maylliaco, Turonen. eccl. can.,* mand. ut recipi faciant Posoniam de s. Marco, mulierem Cenomanen. di., in monast. B. M. de Frontenax, O. S. B., Pictaven. di. (*A.* 13, f. 684; *V.* 70, ep. 1446 F.)

Ut s. T. XX.

11448. — *Archid. de Gaceyo in eccl. Lexovien., et magg. Philippo de Tuilleyo ac Roberto Benedicti, can. Bajocen. eccl.,* mand. ut recipi faciant Riccardum dictum Heute,

Datum *Avenione.*

cler. Bajocen. di., in mon. monast. s. Stephani de Fonteneto, O. S. B., ejusd. di. (*A.* 13, f. 684; *V.* 70, ep. 1147.)

16 maii 1320. (XVII kal. jun.) T. XX.

11449. — *De Monteforti et de Lavalle archid.is ac cant. eccl. Cenomanen.* mand. ut recipi faciant Guillelmum de s. Symphoriano, cler. Turonen. di., in mon. monast. s. Trinitatis de Vindocino, O. S. B., Carnoten. di. (*A.* 13, f. 659; *V.* 70, ep. 1448 A.)

Ut s. T. XX.

11450. — *De Sabolio et de Lavalle in eccl. Cenomanen., ac mag. Nichasio Blondelli, can. Andegaven.*, mand. ut recipi faciant Guillelmum Quintini, cler. Cenomanen. di., in mon. monast. s. Florentii de Salmuro, O. S. B., Andegaven. di. (*A.* 13, f. 659 b; *V.* 70, ep. 1448 B.)

Ut s. T. XX.

11451. — *Archid., et magg. Michaeli Mauconduit et Joanni de Dunio, can. eccl. Rothomagen.*, mand. ut recipi faciant Joannem Palinerii, cler. Bajocen. di., in mon. monast. s. Trinitatis Fiscannen., O. S. B., Rothomagen. di. (*A.* 13, f. 659 b; *V.* 70, ep. 1448 C.)

Ut s.

11452. — Simile mand. dirigitur *archid. Oximan. et Roberto Benedicti Bajocen., ac Thomæ Galli Abrincen. can. eccl.* (*A.* 13, f. 761; *V.* 70, ep. 1601.)

Ut s. T. XX.

11453. — *Decano, et magg. Guidoni de Malliaco ac Droconi Mellet, can. eccl. Turonen.*, mand. ut recipi faciant Joannem Goduchean, cler. Turonen. di., in mon. monast. s. Pauli de Cormereyo, O. S. B., dictæ di. (*A.* 13, f. 659 b; *V.* 70, ep. 1448 D.)

Ut s. T. XX.

11454. — *Decano, et magg. Guillelmo de Castello ac Petro de Chiele, can. eccl. Suessionen.*, mand. ut recipi faciant Thomam Le Begue, cler. Silvanecten. di., in mon. monast. s. Medardi Suessionen., O. S. B. (*A.* 13, f. 660; *V.* 70, ep. 1448 E.)

Ut s. T. X, XII.

11455. — *Guillelmo Terpini* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Redonen. — I. e. m. Turonen. et Andegaven. decanis, ac thesaur. ejusd. Andegaven. eccl. (*A.* 13, f. 660; *V.* 70, ep. 1449.)

Ut s. T. L.

11456. — Hortatoria *justitiario in Hibernia per Eduardum Angliæ regem constituto* ut Riccardum ep.um Ossorien. carcere, verberibus et aliis innumeris vexationibus per diversas pers., propter collectionem decimarum et aliorum jurium E. R. debitorum, affectum defendat, et ipsi et familiaribus ejus faciat satisfactionem impendi. (*A.* 13, f. 762 b; *V.* 70, ep. 1603.)

Ut s.

11457. — *Mag. Simoni de Senives* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Aniani Aurelianen., ad R. E. nullo medio pertin.; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Germani Autisiodoren., et capella de Escremiis, Aurelianen. di. — I. e. m. abb. monast. s. Evurtii, et capicerio s. Petri Virorum, ac mag. Joanni Brovardi, L. D., can. Aurelianen. eccl. (*A.* 13, f. 378; *V.* 70, ep. 1621.)

Ut s. T. XII, XIV.

11458. — *Aymerico nato n. v. Jacobi d.ni de Quarto* prov. canon. eccl. Gebennen. sub exsp. præb. — I. e. m. præp. eccl. Montisjovis, Sedunen. di., et Beraldo de Yporigia ac Joanni de Septimo, can. Lausanen. eccl. (*A.* 17, f. 361 a; *V.* 73, ep. 1530.)

17 maii 1320. (XVI kal. jun.)

11459. — *Ep.o Londonien., et Rigaldo el. Wintonien., ac archid. Lincolnien.* mand. ut citent Jacobum de Berchele, archid. Nortinton in eccl. Lincolnien., ad instantiam Joannis de Podio Barsaco can. eccl. Lincolnien., qui non potest obtinere præb. eccl. Lincolnien. obstante armis prædicto Jacobo. (*V.* 70, ep. 780.)

Ut s. T. XI, XIII.

11460. — *Andreæ de Bersatoribus de Pignerolio* collat. canon. sub exsp. præb., dign. vel personatus seu off. c. c. vel s. c. eccl. Augusten. — I. e. m. abb. monast. s. Mauritii Agaunen., Sedunen. di., et priori s. Ursi Augusten., ac Petro de Vigono, can. Novarien. eccl. (*A.* 13, f. 407; *V.* 70, ep. 1135.)

18 maii 1320. (XV kal. jun.) T. XI, XIII.

11461. — *Guidoni de Logiis* prov. canon. eccl. Lugdunen., in qua certus canon. numerus et præb. distinctio non habentur. — I. e. m. Simoni el. Viennen., et abb. monast. de s. Sequano, Lingonen. di., ac decano eccl. Cabilonen. (*A.* 13, f. 374; *V.* 70, ep. 785.)

Datum *Avenione.*

18 maii 1320. (xv kal. jun.) T. XI, XIII.

11462. — *Roberto Bourdon,* rectori paroch. eccl. de Thoreyo, di. Cenomanen., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (100 lib. tur.) in civit. vel di. Cenomanen., ad collat. ep.i Cenomanen. pertin.; non obst. in ead. eccl. perpetua cappellania. — I. e. m. mag. Stephano Alphonsi Astigitan., Ispalen., et de Monteforti Cenomanen. archid.is, ac mag. Hugoni de Duceyo, ejusd. Cenomanen. can. eccl. (*A.* 13, f. 374 [b]; *V.* 70, ep. 787.)

Ut s. **11463.** — *Joanni dicto de Colans* prov. canon. eccl. s. Petri puellarum Aurelianen. sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Cenomanen., et archid. de Monteforti ac cantori eccl. Cenomanen. (*V.* 70, ep. 789.)

Ut s. **11464.** — *Joanni de Divione* ead. gratia in eccl. Autisiodoren., non obst. in Dolen. canon. sub exsp. præb., et s. Petri de Curia canon. et præb., ac s. Lazari Cenomanen. eccl. quadam perpetua cappell., ac paroch. eccl. de Bello Fayto, Cenomanen. di. — I. e. m. s. Germani, et s. Mariani ac s. Petri Autisiodoren. monast. abb. (*V.* 70, ep. 790.)

Ut s. **11465.** — *Joanni de Vivien.,* can. eccl. Vindocinen., Carnoten. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (60 libr. tur.) in civit. vel di. Carnoten., ad collat. abb. et conv. monast. Vindocinen., O. S. B., ejusd. di., pertin., non obst. in dicta Vindocinen. et de Treu ac de s. Karilefho eccl., Carnoten. et Cenomanen. di., canon. et præb. — I. e. m. decano de Treu, Cenomanen. di., et de Passeyo ac de Castrolidi Cenomanen. archid.is eccl. (*V.* 70, ep. 791.)

Ut s. **11466.** — *Guillelmo Oillet* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Dionysii de Vergeio, Æduen. di. — I. e. m. ep.o Cenomanen., et abb. monast. B. Margaritæ prope Belvacum ac decano cappellæ ducis Burgundiæ Divionen., Æduen. et Lingonen. di. (*V.* 70, ep. 792.)

Ut s. **11467.** — Indulg. xx dierum audientibus verbum Dei coram *Joanna de Jonigniaco,* uxori n. v. Caroli de Valesio. (*A.* 13, f. 380 [b]; *V.* 70, ep. 834 B.)

Ut s. **11468.** — N. v. *Joanni, comiti de Jonigniaco,* facul. vescendi carnibus quadragesimali tempore III diebus in hebdomada. (*V.* 70, ep. 917.)

Ut s. **11469.** — *Eid.* facul. eligendi confessorem. (*V.* 70, ep. 918.)

Ut s. **11470.** — *Eid.* indulg. plenaria in articulo mortis a confessore ejus concedenda. (*V.* 70, ep. 919 A.)

Ut s. **11471.** — N. m. *Joannæ de Jonigniaco jamdictæ* facul. eligendi confessorem. (*V.* 70, ep. 919 B.)

Ut s. **11472.** — *Eid.* indulg. plenaria in articulo mortis a confessore ejus concedenda. (*V.* 70, ep. 919 C.)

Ut s. **11473.** — *Eid.* facul. conc. ad triennium ut IIe clericis suis possint fructus benef. suorum percipere sine residentia. — I. e. m. ep.o Carnoten., et abb. monast. s. Germani de Pratis juxta Parisius, ac Philippo de Berrone, can. Silvanecten. (*V.* 70, ep. 922.)

Ut s. **11474.** — *Abb. monast. b. Pharonis,* Melden. di., mand. ut Beatricem de Ingleuria in monacham monast. Davenaii, O. S. B., Remen. di., recipi faciat. (*A.* 13, f. 465; *V.* 70, ep. 933.)

Ut s. **11475.** — *N. m. Joannæ de Jonigniaco,* uxori n. v. Caroli de Valesio, conc. alt. portatile. (*A.* 13, f. 393 [b]; *V.* 70, ep. 1042.)

Ut s. T. XXIV. **11476.** — *Hugoni de Pomarto* confirmatur collat. præb. eccl. Ambianen. per obit. Benedicti de Pisis nulliter facta vigore collationis canon. sub exsp. præb. ejusd. eccl. per Clementem PP. V concessæ, licet dictus Benedictus fuisset S. A. cap. quamvis

Datum *Avenione.*

non commensalis; cum donatione fructuum dictæ præb. per octo annos indebite perceptorum. (*A.* 13, f. 591 [b]; *V.* 70, ep. 1174.)

19 maii 1320. (XIV kal. jun.)

12070. — *Angelo ep.o Viterbien. et magg. Joanni Provinciali, basilicæ principis apostolorum de Urbe, ac Petro Capociæ, Lateranen. can.,* committitur quod summam quinque millium florenorum auri, redacta venditione certorum vasorum argenti ex argento Clementis PP. V, quæ in reparatione ecclesiarum Urbis ordinaverat convertenda quæque PP. nunc transmittit per societates Sabbactariorum et Romanutiorum de Urbe, in opere fabricæ eccl. Lateranen. diligenter convertant. (*V.* 70, ep. 50 *de cur.*)

17 mart. 1320. (XVI kal. apr.)

12071. — *Gaucelino s. Marcellini et Petri presb. card., A. S. nuntio,* conc. facul. quod possit recipere procurationes in regno Franciæ sibi pro legatione debitas, non obstante quod tempus primæ concessionis sit finitum; nam, nondum negotia in dicto regno sibi commissa suum sortita sunt effectum, quapropter adhuc oportet ipsum ad tempus in regno remanere prædicto. (*V.* 70, ep. 51 A *de cur.*; *Coulon,* n. 1012.)

Ut s.

12072. — *Eid.* facul. compellendi prælatos dicti regni ad contribuendum in procurationibus sibi debitis. (*V.* 70, ep. 51 B *de cur.*; *Coulon,* n. 1013.)

18 mart. 1320. (XV kal. apr.)

12073. — Datur littera de securo conductu *Jacobo Canyolæ et Jacobo Perdepetus, ac Ambrosio de Abiate* nuntiis et ambasciatoribus Mediolanen. qui ad patriam suam revertuntur. (*V.* 70, ep. 48 *de cur.*)

Ut s.

12074. — *Petro abb. monast. s. Saturnini Tolosan., R. E. vicecancellario, et Raimundo Guillelmi de Gutto, mil. Condomien. di.,* quittantia 500 flor. auri cameræ apost. executorio nomine Bertrandi olim ep.i Agennen. assignatorum. (*V.* 70, ep. 49 *de cur.*; *Coulon,* n. 1014.)

23 mart. 1320 (X kal. apr.)

* **12075.** — *Potestati, consilio et communi Assisinaten.* Proceditur contra eos et contra Mutium quond. Francisci militis civem Assisinaten., et quosdam cujus principalis actor fuit, ex eo quod abstulerunt bona eccl. Romanæ et quorumdam aliorum quæ erant deposita in eccl. B. Francisci de Assisio et quod expulerunt cives de ipsa civitate. (*V.* 70, ep. 54 *de cur.*)

Datum *Avenione.*

23 mart. 1320. (x kal. apr.)

* **12076.** — *Reginaldo, thesaur. eccl. Noviomen., rectori ducatus Spoletan., PP. cap.*, mand. ut processus habitos contra potestatem, consilium et commune Assisinaten. et Mutium prædictos publicet aut publicari faciat in locis tutis. (*V.* 70, ep. 55, *de cur.*)

Ut s.

12077. — *Potestatem, consilium et commune Eugubin. fideles E. R.* Papa hortatur ut rectori ducatus Spoletan. assistant in reformatione civitatum Assisinaten. et Spoletan. viriliter et potenter. — I e. m. Camerinen. et Fulginat. potestatibus, consiliis et communibus. (*V.* 70, ep. 56 *de cur.*; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 489, doc. DCXLIX).

Ut s.

12078. — De eodem scribitur potestati, communi *Senen.*, ac *Urbevetan. et Perusin.* potestatibus, capitaneis, consiliis et communibus. (*V.* 70, ep. 57 *de cur.*)

Ut s.

12079. — *Reginaldo de s. Arthemia, rectori ducatus Spoletan.*, mand. ut viriliter procedat contra Spoletan. et Assisinaten. communia si mandatis PP. non pareant et ut ad hoc invocet auxilia communium Perusin., Urbevetan., Senen., Eugubin. et Camerinen., ac aliorum devotorum E. R. quibus super hoc PP. scribit, nec revocet interim exercitum qui dicitur esse supra civitatem Assisii, nec a cœptis processibus desistat. (*V.* 70, ep. 58 *de cur.*; Theiner, *ut s.*, p. 491, doc. DCL.)

Ut s.

* **12080.** — *Eidem* intimantur processus facti per PP. contra capitaneum, consilium et commune Spoletan. et mand. ut in locis tutis processus eosdem faciat solemniter publicari et, si contingat ipsos sententias in eis contentas incurrere, non solum ad denunciationem et executionem earum, sed alias spiritualiter et temporaliter procedere studeat. (*V.* 70, ep. 59 *de cur.*)

Ut s.

12081. — *Potestati, consilio et communi ac capitaneo Spoletan.* mandatur sub excommunicationis et interdicti sententiis et sub pœna duorum millium march. argenti ut concives suos, quos in carcere detinent, infra annum restituant pristinæ libertati et alios, quos e civitate expulerunt, ad eam revocent, et cætera impleant quæ in præsentibus litt. continentur. (*V.* 70, ep. 60 *de cur.*)

19 apr. 1320. (XIII kal. maii.)

12082. — Inhibitur ne nullus civis Romanus habitet domos et palatia d.norum card. in Urbe. (*V.* 71, ep. 110 *de curia*; Cocquelines, *Bullarium Romanum*, t. III, p. 2, p. 180.)

26 apr. 1320. (VI kal. maii.)

12083. — *Raynaldo de s. Arthemia, rectori ducatus Spoletan.*, committitur ut in defectu prælatorum possit punire excessus clericorum dicti ducatus, usque ad unum annum. (*V.* 70, ep. 52 *de cur.*)

Ut s.

12084. — *Eid.* conc. quod clerici et laici dicti ducatus possint appellare ad ipsum ab audientia ordinariorum et vicariorum eorumdem usque ad annum (*V.* 70, ep. 53, *de cur.*)

1 (kal.) *maii 1320.*

* **12085.** — *Universis habitatoribus castri de Sado*, Avenionen. di., confirmatur compositio facta die XXVI jan., anno 1319, inter ipsos et Gasbertum de Valle, archid. Caturcen., episcopatus Avenionen. vicarium, super annuo censu quem tenebantur solvere ep.o Avenionen. (*A.* 19, f. 516 [a]; *V.* 74, ep. 56 *de cur.*; *Coulon*, n. 1027.)

8 (VIII id.) *maii 1320.*

12086. — *Archiep.o Burdegalen.* mand. ut publicet processus contra illos qui bona curialium tempore vacationis e civit. Carpentoraten. asportaverunt. — I. e. m. *ep.o Agennen., Tolosan. et Narbonen. archiep.is, ac Lectoren., Albien. et Vasaten. ep.is.* (*V.* 70, ep. 61 *de cur.*; *Coulon*, n. 1035 et 1063-1070.)

Ut s.

* **12087.** — Processus contra detentores bonorum Clementis Papæ V. (*V.* 70, ep. 191 *de cur.*; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 492, doc. DCLIII; *Coulon*, n. 1033.)

Datum in palatio majoris ecclesiæ *Avenionen.* *8* (VIII id.) *maii 1320.*

* **12088.** — *Ad. futuram rei memoriam.* Processus contra universitatem, populum et communitatem, potestatem, capitaneum, consilium et commune Ferrarien., ac Raynaldum, Opizonem marchiones Esten., et fratres et adhærentes eisd., stipendiarios, officiales et singulos universitatis ejusdem. (*V.* 70, ep. 67 A *de cur.*)

Datum *Avenione.*

13 (III id.) *maii 1320.* **12089.** — Scribitur *Graden. et Aquilegen. patriarchis eorumque suffragganeis, Pisan., Mediolanen. et Ravennaten. archiep.is eorumque suffraganeis, ac ep.o Ferrarien.* de publicatione processuum in prædicta littera insertorum. (*V.* 70, ep. 67 A *de cur.*)

Ut s. **12089** (*bis*). — *Ep.o Bononien. et mag. Aymerico de Castrolucii,* A. S. nuntiis, mandatur idem; declarent insuper contemptores mandatorum Papæ pœnas incurrisse in processibus ipsis contentas. (*V.* 70, ep. 67 B *de cur.*)

19 maii 1320. (XIV kal. jun.) **12090.** — *Archiep.is et ep.is per provinciam Lombardiæ constitutis* mand. ut Roberto regi Siciliæ, cui Papa vicariatum imperii, et Philippo comiti Cenomanen., cui id. rex vices suas commiserunt, obediant. — I. e. m. marchionibus, comitibus et aliis nobilibus, ac potestatibus, capitaneis, universitatibus etc... per eamd. provinciam constitutis. (*V.* 70, ep. 62 *de cur.*; *Coulon,* n. 1041-1043.)

Ut s. **12091.** — *Bertrando s. Marcelli presb. card.,* A. S. legato, mand. ut prædictos prælatos, nobiles et universitates compellat ad obedientiam dicto comiti debitam. (*V.* 70, ep. 63 *de cur.*; *Coulon,* n. 1044.)

Ut s. **12092.** — *Ad futuram rei memoriam.* — Declaratur quod homines locorum s. Martini et de Parazago ac de Pontide, qui se subduxerunt ab obedientia Mathæi Vicecomitis et homines burgi et riperiæ Leuci, ac plebanatus de Incino, Mediolanen. et Pergamen. di., qui se intendunt subducere ab obedientia prædicta, non includantur in sententiis contentis in processibus factis contra dictum Mathæum, adhærentes et obedientes eidem. — I. e. m. archiep.o Mediolanen. (*V.* 70, ep. 64 *de cur.*; Riezler, *Vatikanische Akten,* p. 103, n. 186).

25 maii 1320. (VIII kal. jun.) **12093.** — *Archiep.o Cæsaraugustan.* mand. ut ecclesias quond. ord. Templi in di. Cæsaraugustan. constitutas, quas Clemens PP. V Eximino, tunc ep.o Cæsaraugustan., commendaverat quasque id. Eximinus nedum rectoribus ab eodem Papa de ipsis provisis, sed etiam fratri Martino Petri de Ros, ord. hospitalis s. Joannis Jerosolimitan., Empostæ castellano, qui loco prioris in partibus illis habetur, restituere denegavit, ad manus suas revocet cum fructibus indebite perceptis, et fructus unius anni qui percepti fuerunt ad Cameram apost. transmittat. (*V.* 70, ep. 72 *de cur.*)

Ut s. **12094.** — *Priori Præd. et Guardiano Min. fratrum ord., Lucan. di.,* mand. ut bona Fulchi Rustici, civis Lucan., quæ pauperibus indistincte legantur, sibi E. Romanæ nomine faciant assignari et rescribant. (*V.* 70, ep. 75 A *de cur.*; Eubel, *Bullarium Franciscanum,* t. V, p. 184, n. 398.)

Ut s. **12095.** — *Eisd.* mand. id. pro bonis quond. Labri Vulpelli, civis Lucan., qui de quibusdam summis ad E. R. spect., quas injuste receperat, debitam cupiens satisfactionem impendere, omnia bona sua ejusd. eccl. cameræ legavit. (*V.* 70, ep. 75 B *de cur.*; Eubel, *ibid.*)

Ut s. **12096.** — *Eisd.* mand. ut exigant ab hæredibus Geri de Fondora, civis Lucan., vel ab executoribus ejus, 6.000 flor. auri E. R. legatorum. (*V.* 70, ep. 75 C, *de cur.*; Eubel, *ibid.*)

1 (kal.) *jun. 1320.* **12097.** — *Guillelmus Rufi, hebdomadarius eccl. Mimaten.,* subrogatur Joanni Pauleti super inquirendis bonis Arnaldi Pascalis, can. Xanctonen., in carcere detenti, et recipiendis eisd. (*V.* 70, ep. 65, *de cur.*; *Coulon,* n. 1071.)

Ut s. **12098.** — *Joanni duci Britanniæ et officialibus per Lemovicen., Caturcen., Tolosan., Pictaven. et Xanctonen. civit. et di. ac alias partes regni Franciæ constitutis* mand. ut dicto Guillelmo de securo conductu provideant. (*V.* 70, ep. 66, *de cur.*; *Coulon,* n. 1072.)

Ut s. **12099.** — *Bertrando tit. s. Marcelli presb. card., A. S. legato,* conceditur quod possit, sua legatione durante, loqui, tractare et participare, etiam cum celebrabuntur divina,

Datum *Avenione.*

cum illis qui eorum exigentibus demeritis sunt excommunicationis vinculo innodati eorumque recipere litteras et respondere ad ipsas. (*V.* 70, ep. 173, *de cur.*)

2 (IV non.) *jun. 1320.* **12100.** — *Guittoni ep.o Urbevetan.* committitur rectoria patrimonii prædicti B. Petri in Tuscia eique inhibetur ne circa processus contra n. v. Manfredum de Vico præfectum Urbis, per curiam ejusd. patrimonii dudum habitos, nihil innovet vel immutet, nisi prius aliud a PP. receperit in mandatis. (*V.* 70, ep. 79 A, *de cur.*)

Ut s. **12101.** — Scribitur universis personis ecclesiast. et nob., dominis temporalibus et communitatibus patrimonii B. Petri in Tuscia ut dicto rectori pareant et intendant. (*V.* 70, ep. 79 B, *de cur.*)

Ut s. **12102.** — *Eid. rectori* committitur ut usque ad unum annum possit punire excessus cler. patrimonii B. Petri in Tuscia deficientibus prælatis. (*V.* 70, ep. 79 C, *de cur.*)

Ut s. **12103.** — *Eid.* mand. ut possit inquirere et procedere contra prælatos patrimonii B. Petri in Tuscia juxta statuta canonum. (*V.* 70, ep. 79 D, *de cur.*)

Ut s. **12104.** — *Eid.* committitur ut contra nobiles, potentes et communitates, qui provinciam patrimonii manu armata perturbant, possit procedere per excommunicationis in personas et interdicti sententias in terris ipsorum. (*V.* 70, ep. 79 E, *de cur.*)

Ut s. **12105.** — *Eid.* committitur ut possit compellere ordinarios et capitula ad observandum et observari faciendum sententias latas per eum vel per officiales suos. (*V.* 70, ep. 79 F, *de cur.*)

Ut s. **12106.** — *Eid.* conceditur quod ab audientia ordinariorum possit appellari ad ipsum et ipse valeat audire appellationes hujusmodi usque ad unum annum. (*V.* 70, ep. 79 G, *de cur.*)

Ut s. **12107.** — *Eid.* mand. ut requirat Guillelmum Scarrerii, in Urbe vicarium Roberti regis Siciliæ, quod revocet processus injustos per ipsum factos contra fideles Ecclesiæ Romanæ videlicet Patrimonii, comitatus Sabiniæ, terræ Arnulphorum, Campaniæ et Maritimæ, necnon ecclesiarum et monast. Urbis qui nunquam datiam vel collectam populo Romano persolverant, sed ab ipso in collectis et talliis multipliciter aggravati sunt. Cassat PP. exactiones hujusmodi et decernit quod injuste exacta restituantur a dicto vicario; quod si non fecerit, per censuram ad id compellatur. (*V.* 70, ep. 79 H, *de cur.*)

Ut s **12108.** — *Eid.* mand. ut inquirat de censibus eccl. Romanæ debitis in provinciis sibi commissis et ipsos census thesaurario Patrimonii faciat assignari. (*V.* 70, ep. 79 I, *de cur.*)

Ut s. **12109.** — *Eid.* conc. ut valeat per se vel officiales suos citare et vocare ad suam vel ipsorum officialium præsentiam nobiles et inferiores alios, ac communitates et universitates infra decretas sibi provincias et sententiare, procedere, cognoscere et definire non obstante jure consuetudinario quo extra suas civit. et di. ad judicium evocari non possint. (*V.* 70, ep. 79 J, *de cur.*)

Ut s. **12110.** — *Eid.* mand. ut se informet de decima olim pro subsidio terræ sanctæ imposita a Clemente PP. V in dicto Patrimonio et rescribat in quantum et in quibus diœcesibus est collectum, apud quos pecunia collecta fuit deposita, et quantum restat de dicta decima colligendum. (*V.* 70, ep. 80, *de cur.*)

Ut s. **12111.** — *Eid.* facultas procedendi contra illos qui citati per eum vel officiales suos voces appellationis emittunt coram aliis, ad quos id non pertinet, ut suis et suorum officialium citationibus illudant, et compellendi ordinarios ad faciendum servari sententias latas per eum vel officiales suos contra tales. (*V.* 70, ep. 81, *de cur.*)

Datum *Avenione.*

2 (IV non.) *jun. 1320.*

12112. — *Bertrandus s. Marcelli presb. card.* constituitur paciarius legatus A. S. ad partes Lombardiæ, Tusciæ, et alias provincias Patriarchatus et terras Italiæ, et datur sibi potestas procedendi in omnes venientes contra officium sibi commissum. (*V.* 70, ep. 146, *de cur.*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1320, § X.)

Ut s.

12113. — Scribitur universis prælatis et personis ecclesiasticis et nobilibus, et communitatibus quod obediant et intendant prædicto cardinali. (*V.* 70, ep. 147, *de cur.*)

Ut s.

12114. — *Legato* conc. ut possit B. Apostolorum limina et alia Urbis sanctuaria, quando et quoties voluerit, sine præjudicio suæ legationis personaliter visitare, ibique immorandi, necnon ea quæ ad executionem suæ legationis pertinet inibi exercendi. (*V.* 70, ep. 148, *de cur.*)

Ut s.

12115. — *Eidem* facul. compellendi prælatos cujuscumque dignitatis extiterint et alias regulares et sæculares personas ad contribuendum in procurationibus sibi debitis. (*V.* 70, ep. 149, *de cur.*)

Ut s.

12116. — *Eidem* facultas compellendi prælatos et alias pers. ecclesiast. regulares et sæculares cujuscumque conditionis extiterint ad providendum de necessariis nunciis quos pro commissis sibi negotiis destinabit. (*V.* 70, ep. 150, *de cur.*)

Ut s.

12117. — *Eidem* facultas dispensandi cum pers. ecclesiast. suæ legationis et in sacerdotio constitutis super irregularitate quam contraxerint cum sint suspensæ a divinis pro eo quod benedixerint secundas nuptias. (*V.* 70, ep. 151, *de cur.*)

Ut s.

12118. — *Eid.* conc. quod evectiones possit ducere quot pro commissis sibi negotiis viderit expedire. (*V.* 70, ep. 152, *de cur.*)

Ut s.

12119. — *Eid.* conc. ut possit assumere et retinere ad sua obsequia religiosas personas Præd., Min. et aliorum ord. eisque dare licentiam equitandi et vescendi carnibus. (*V.* 70, ep. 153, *de cur.*)

Ut s.

12120. — *Eid.* conc. quod possit exercere censuram ecclesiast. in omnes qui in eundo, stando et redeundo circa ipsum vel familiam suam injuriosi extiterint. (*V.* 70, ep. 154, *de cur.*)

Ut s.

12121. — *Eid.* conc. quod possit committere et injungere fratribus Præd., Min. et aliorum ord. personis quæcumque pro commissis sibi negotiis viderit expedire. (*V.* 70, ep. 155, *de cur.*)

Ut s.

12122. — *Eid.* facultas dispensandi cum prælatis et aliis super irregularitate quam contraxerint ferendo in alios contra constit. Innocentii PP. IV excom. sententiam sine scriptis, et non abstinendo se a divinis juxta constit. ipsam, vel contraxerint ipsius legatione durante. (*V.* 70, ep. 156, *de cur.*)

Ut s.

12123. — *Eidem* potestas puniendi et privandi omnibus privilegiis ab A. S. concessis quoslibet religiosos, cujuscumque ord. fuerint, qui in sibi commissis parere contempserint. (*V.* 70, ep. 157, *de cur.*)

Ut s.

12124. — *Eid.* conc. quod possit, si contingat egredi fines legationis suæ, iterum et quoties opportunum fuerit reingredi et tam intra quam extra commissum sibi officium exercere. (*V.* 70, ep. 158, *de cur.*)

Ut s.

12125. — *Eid.* conc. quod possit dispensare cum personis legationis suæ defectum natalium patientibus, cum fuerint de soluto, aut subdiacono, vel diacono geniti et soluta, super eod. defectu vel super irregularitate quam recipiendo sacros ordines absque S. A. licentia contraxerint. (*V.* 70, ep. 159, *de cur.*)

Ut s.

12126. — *Eid.* declaratur quod per ea quæ sunt sibi commissa specialiter illis quæ sibi ratione legationis competunt in nullo penitus derogetur. (*V.* 70, ep. 160, *de cur.*)

Ut s.

12127. — *Eidem* potestas exercendi censuram ecclesiast. in patriarchas, archiep.os et ep.os, prælatos et cler. alios, conventus, capitula necnon comites, barones et no-

Datum *Avenione.*

biles, communia et universitates et terras ipsorum cum viderit expedire. (*V.* 70, ep. 161, *de cur.*)

2 (IV non.) *jun. 1320.* **12128.** — Patriarchis, archiep.is et ep.is, electis, abbatibus et omnibus aliis ad quos litteræ ipsæ pervenerint etc. mand. quod legato prædicto provideant pro se et familia sua de expensis necessariis, securo conductu et evectionibus opportunis. (*V.* 70, ep. 163, *de cur.*)

Ut s **12129.** — *Jamdicto card.* facultas dispensandi cum decem viris et totidem mulieribus partium suæ legationis quod non obst. IV° affinitatis et consanguinitatis gradibus matrim. libere contrahere valeant. (*V.* 70, ep. 164, *de cur.*)

Ut s. **12130.** — *Eid.* conc. ut possit absolvere ligatos sententiis judicum a S. A. delegatorum et subdelegatorum ab eis, quorum præsentia de facili haberi non potest, dummodo super his pro quibus excommunicati fuerint satisfecerint competenter. (*V.* 70, ep. 165, *de cur.*)

Ut s. **12131.** — *Eid.* conc. ut absolvat illos qui pro fractionibus et incendiis ecclesiarum et locorum ecclesiast. excommunicationis sententiam incurrerint, satisfactione impensa. (*V.* 70, ep. 166, *de cur.*)

Ut s. **12132.** — *Eid.* facultas convocandi capitula eccl., cum electio in eis immineat facienda, ad loca de quibus sibi videbitur ne per impressionem sæcularium pers. electiones celebrari contingat. (*V.* 70, ep. 167, *de cur.*)

Ut s. **12133.** — *Eid.* facultas creandi triginta tabelliones. (*V.* 70, ep. 168, *de cur.*)

Ut s. **12134.** — *Eid.* conc. ut possit dare licentiam 20 personis suæ legationis immorandi generali studio theologicæ facultatis ad tempus de quo sibi videbitur, et fructus benef. eis valeat facere ministrari. (*V.* 70, ep. 169, *de cur.*)

Ut s. **12135.** — *Eid.* facul. celebrandi et faciendi celebrari antequam illucescat dies. (*V.* 70, ep. 170, *de cur.*)

Ut s. **12136.** — *Eid.* conc. ut possit absolvere omnes pers. ecclesiasticas quæ contra statuta synodalia venientes excom. sententias incurrerint, prævia satisfactione illis quorum statuta contempserunt impensa. (*V.* 70, ep. 171, *de cur.*)

Ut s. **12137.** — *Eidem* facultas compellendi quoslibet prælatos, magistros, priores, præceptores ac alias personas ecclesiast. ad contribuendum in procurationibus sibi debitis. (*V.* 70, ep. 172, *de cur.*)

Ut s. **12138.** — *Eidem.* facultas dispensandi cum decem personis partium suæ legationis de quibus sibi videbitur super defectu natalium quem patiuntur, cum fuerint de presbytero et soluta vel in adulterio geniti, ad ordines et benef. etiam c. c. obtinenda. (*V.* 70, ep. 174, *de cur.*)

Ut s. **12139.** — *Eid.* conc. ut confessor suus semel in mortis articulo possit eum absolvere ab omnibus peccatis suis. (*V.* 70, ep. 175, *de cur.*)

Ut s. **12140.** — *Eid.* possit concedere indulgentiam c dierum manus porrigentibus adjutrices ad constructionem ecclesiarum et 60 dierum ad constructionem hospitalium et reparationes pontium ac sustentationem infirmorum et pauperum, sua tantum legatione durante. (*V.* 70, ep. 176, *de cur.*)

Ut s. **12141.** — *Eidem.* facultas suspendendi et relaxandi sententias interdicti et suspensionis latas in communitatibus, civit. et aliis terris suæ legationis per legatos et judices delegatos A. S. et subdelegatos ab eis. (*V.* 70, ep. 177, *de cur.*)

Ut s. **12142.** — *Eidem* facultas dispensandi cum 40 personis religiosis et sæcularibus suæ legationis super irregularitate, quam contraxerint ex eo quod excommunicatæ receperunt ord. et ministrarunt in ipsis, aut excommunicatæ divinis se immiscuerunt. (*V.* 70, ep. 178, *de cur.*)

Datum *Avenione.*

2 (IV non.) *jun. 1320.* **12143.** — *Eidem* indulgetur quod possit celebrare et facere celebrari in locis suæ legationis ecclesiast. interdicto suppositis alta voce et pulsatis campanis, idemque facere valeat post recessum suum de illis locis, si contingat ipsum redire ad eosdem. (*V.* 70, ep. 179, *de cur.*)

Ut s. **12144.** — *Eidem* facultas privandi illos cler. gratiis sibi concessis ab A. S. qui ingratos et indevotos se reddiderint et inobedientes in his quæ spectant ad suæ legationis officium, et inhibendi executoribus quod in eorum gratiis procedant. (*V.* 70, ep. 180, *de cur.*)

Ut s. **12145.** — *Eid.* conc. ut possit dispensare cum 20 cler. partium suæ legationis defectum patientibus in ordinibus, ut benef. curata retinere et illa recipere valeant, dummodo ad ordines se faciant statutis temporibus promoveri. (*V.* 70, ep. 181, *de cur.*)

Ut s. **12146.** — *Eid.* committuntur cognitio et decisio causarum omnium appellationum in negotiis temporalibus ad S. A. interjectarum a quibuscumque officialibus A. S., quæ adhuc sedi prædictæ non sunt præsentatæ, et facultas eas decidendi ubilibet suæ legationis. (*V.* 70, ep. 182, *de cur.*)

Ut s. **12147.** — *Eid.* conc. quod in solemniis divinorum officiis vel publicis parlamentis assistentibus possit dare indulgentiam unius anni et 100 dierum. (*V.* 70, ep. 183, *de cur.*)

Ut s. **12148.** — *Eid.* indulgetur quod possit facere celebrari et celebrare in locis et terris suæ legationis ecclesiast. suppositis interdicto. (*V.* 70, ep. 184, *de cur.*)

Ut s. **12149.** — *Eid.* potestas conferendi beneficia quæ tanto tempore vacaverint quod eorum collatio est ad S. A. devoluta, exceptis iis quæ vacaverint per constitutionem « Execrabilis. » (*V.* 70, ep. 185, *de cur.*)

Ut s. **12150.** — *Eid.* indulgetur ut, sua legatione durante, possit recipere resignationes benef. a personis suæ legationis vel extra, sua benef. inter se permutare volentibus et ea ipsis permutantibus conferre et in corporalem possessionem ipsas personas inducere. (*V.* 70, ep. 186, *de cur.*)

4 (II non.) *jun. 1320.* **12151.** — *Mag. Guillelmo de Balaeto, archid. Forojulien., PP. cap., Campaniæ Maritimæque rectori* mand. ut inquirat de censibus eccl. Romanæ debitis a prælatis et aliis provinciarum Campaniæ et Maritimæ, et ipsos census sibi Eccl. Romanæ nomine faciat assignari. (*V.* 70, ep. 82, *de cur.*; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 494, doc. DCLIV.)

Ut s. **12152.** — *Eid.* committitur ut inquirat contra clericos et ecclesiast. personas Campaniæ et Maritimæ qui beneficia ecclesiastica spectantia ad collationem vel præsentationem rectoris ipsarum provinciarum, qui est pro tempore, sibi procurarunt conferri, et rescribat ac citet tales ut si sua crediderint interesse apost. se conspectui præsentent. (*V.* 70, ep. 83, *de cur.*)

Ut s. **12153.** — *Eid.* mand. ut se informet de decima pro subsidio terræ sanctæ in sua provincia a PP. Clemente V imposita, et rescribat quantum et in quibus diœcesibus est collectum, apud quos pecunia collecta fuit deposita, et quantum restat de dicta decima colligendum. (*V.* 70, ep. 84, *de cur.*)

Ut s **12154.** — *Eid.* mand. ut exigat rationem a nobilibus viris Roffrido, Fundorum, et Benedicto Gayetano de Anagnia, Palatin. comitibus, qui olim officium rectoriæ Campaniæ gessisse dicuntur, sed de his quæ receperunt ad cameram apost. spect. nullam reddiderunt rationem. (*V.* 70, ep. 85, *de cur.*)

Ut s. **12155.** — *Eid.* committitur quod per se et alios diligenter inquirat contra illos qui bona de thesauro Eccl. Romanæ Anagniæ asportarunt eaque subtraxerunt tempore Bonifacii PP. VIII, et compellat eos ad restitutionem. (*V.* 70, ep. 86, *de cur.*)

Datum *Avenione.*

4 (II non.) *jun. 1320.* **12156.** — *Eid.* mand. ut procedat contra Joannem Amatonis de Fumone, cler. Alatrin., et Jacobum dictum Lombardum, s. Benedicti, et Patronum, s. Anastasiæ Anagnin. eccl. can., filios quond. Manni Oddonis de Anagnia, qui pro thesaurariis, et alios cler. ac laicos, qui pro officialibus tam curiæ provinciæ Campaniæ ac Maritimæ quam in diversis partibus, civit. et locis dictæ provinciæ se gesserunt, et compellat eos ad reddendum rationem una cum aliis ad regimen et custodiam castrorum et rocharum dictæ provinciæ deputatis, qui de receptis ad cameram apost. spect. nullam hucusque reddiderunt rationem. (*V.* 70, ep. 87, *de cur.*)

Ut s. **12157.** — *Eid.* mand. ut a prælatis Campaniæ et Maritimæ exigat computum de fructibus primi anni beneficiorum vacantium in terris ipsis collectis et eosdem fructus sibi faciat assignari, et quod ipsos per fidelem nuncium transmittat. (*V.* 70, ep. 88, *de cur.*)

Ut s. **12158.** — *Eid.* mand. ut inquirat an Petrus olim archiep.us Cusentin. habuerit licentiam testandi et quod compellat, si ei de ipsa licentia non constabit, executores vel hæredes suos quædam vasa argentea, pecuniarum summas et quædam alia bona quæ in suo testamento legaverat ad tradendum sibi, Romanæ eccl. nomine. (*V.* 70, ep. 89, *de cur.*)

5 (non.) *jun. 1320.* **12159.** — *Eidem* committitur rectoria Campaniæ et Maritimæ ac quorumdam aliorum locorum ad S. A. beneplacitum exercenda, et super hoc scribitur universis personis ecclesiast. et nobilibus, ac dominis temporalibus dictorum locorum quod dicto rectori obediant et intendant. (*V.* 70, ep. 69, *de cur.*)

Ut s. **12160.** — *Eid.* committitur quod deficientibus prælatis infra Campaniæ Maritimæque provincias constitutis possit punire excessus clericorum et aliarum pers. ecclesiast. hinc ad annum commissos. (*V.* 70, ep. 70 A, *de cur.*)

Ut s. **12161.** — *Eid.* conc. regimen castri Lariani, Prænestin. di. (*V.* 70, ep. 70 B, *de cur.*)

Ut s. **12162.** — I. e. m. univ. hominibus dicti castri, E. R. vassallis. (*V.* 70, ep. 70 C, *de cur.*)

Ut s. **12163.** — *Eidem* committitur regimen castri Riciæ, Albanen. di. (*V.* 70, ep. 70 D, *de cur.*)

Ut s. **12164.** — I. e. m. univ. hominibus dicti castri, R. E. vassallis. (*V.* 70, ep. 70 E, *de cur.*)

Ut s. **12165.** — *Eidem* scribitur quod compellat Joannem Amatonis de Fumone, cler. Alatrin. di., qui se mendaciter asserens in provinciis Campaniæ et Maritimæ jurisdictionem habere causas tam civiles quam criminales audiebat et terminabat, et alios officiales tam clericos quam laicos, qui se officiales falso dicebant, ad reddendum de his quæ prætextu officiorum hujusmodi receperunt exactam rationem et computum, receptis dicto rectori assignatis, et dampnis illatis plene satisfactis. (*V.* 70, ep. 70 F, *de cur.*)

Ut s. **12166.** — *Mag. Aymerico de Castrolucii, archid. Transvigennen. in eccl. Turonen., PP. cap.*, committitur rectoria provinciæ Romandiolæ et comitatus Bretenorii ac pertinentiarum, ad beneplacitum S. A. — I. e. m. archiep.is et ep.is et aliis pers. ecclesiast. et cæteris dominis temporalibus ut dicto rectori pareant et intendant. (*V.* 70, ep. 99 A, *de cur.*)

Ut s. **12167.** — *Eidem* mand. quod possit compellere ordinarios et capitula qui observare et observari facere sententias latas in subditos per eum vel officiales suos contradicunt prætextu appellationum ad S. A. coram aliis ad quos id non pertinet emis-

Datum *Avenione.*

sarum, quas appellantes nec ipsi rectori nec ipsis officialibus insinuant, imo de illarum prosecutione non curant. (*V.* 70, ep. 99 B, *de cur.*)

5 (non.) *jun. 1320.* **12168.** — *Eid.* mand. ut inquirat de censibus Eccl. Romanæ debitis in provinciis sibi decretis et ipsos faciat thesaurario dictæ provinciæ assignari. (*V.* 70, ep. 99 C, *de cur.*)

Ut s. **12169.** — *Eid.* mand. ut se informet de decima olim a Clemente V imposita in provinciæ Romandiolæ pro subsidio terræ sanctæ, et rescribat quantum et in quibus diœcesibus dictæ provinciæ est collectum, apud quos pecunia collecta deposita fuit, et quantum de ipsa colligendum restat. (*V.* 70, ep. 99 D, *de cur.*)

Ut s. **12170.** — *Eid.* mand. ut inquirat et procedat contra prælatos provinciæ sibi decretæ juxta statuta canonum. (*V.* 70, ep. 99 E, *de cur.*)

Ut s. **12171.** — *Eid.* conc. ut ab audientia ordinariorum possit appellari ad ipsum usque ad unum annum et quod ipse valeat appellationes ipsas audire. (*V.* 70, ep. 99 F, *de cur.*)

Ut s. **12172.** — *Eid.* conc. quod possit procedere contra illos qui citati per eum vel officiales suos voces appellationis coram aliis ad quos id non pertinet emittunt ut suis et suorum officialium citationibus illudant et quod possit compellere ordinarios ad faciendum servari sententias latas per eum vel officiales suos contra tales. (*V.* 70, ep. 99 G, *de cur.*)

Ut s. **12173.** — *Eid.* mand. quod contra nobiles, potentes et communitates provinciæ sibi decretæ, qui provinciam ipsam manu armata conturbant, possit procedere per excom. in personas et interdicti in terris eorum sententias. (*V.* 70, ep. 99 H, *de cur.*)

Ut s. **12174.** — *Eid.* conc. quod possit per se vel officiales suos citare et vocare ad suam vel officialium eorumdem præsentias nobiles et alios inferiores inobedientes, non obstante jure consuetudinario quo extra suas civit. vel di. ad judicium evocari non possint, et contra eos procedere, sententiare, cognoscere et definire. (*V.* 70, ep. 99 I, *de cur.*)

Ut s. **12175.** — *Eid.* conc. quod deficientibus prælatis in provincia sibi decreta usque ad unum annum possit punire excessus clericorum. (*V.* 70, ep. 99 J, *de cur.*)

Ut s. **12176.** — *Bertrando tit. s. Marcelli presb. card.*, A. S. legato, indulget. ut cler. suis obsequiis insistentes, sua legatione durante, possint percipere fructus benef. suorum absque residentia. — I. e. m. decano de Burlatio, Castren. di., et sacristæ Avenionen., ac mag. Stephano Hugoneti, can. Albien. eccl. (*V.* 70, ep. 162, *de cur.*)

10 (IV id.) *jun. 1320.* **12177.** — *Raynaldo Lotharingi et aliis sociis de societate Bardorum de Florentia* mand. quod assignent Joanni Caranzonis et Paulo Galgani de societate Sabateriorum, Rogerio Bonacurtii et Sabæ Sabatino, de societate Bonacurtiorum de Urbe, quinque millia flor. auri expendenda in reparatione eccl. Lateranen. (*V.* 70, ep. 71, *de cur.*)

14 jun. 1320. (XVIII kal. jul.) **12178.** — *Ad futuram rei memoriam.* Indicuntur treugæ inter Robertum Siciliæ et Fredericum Trinacriæ reges illustres, prout Guillelmus ep.us Trecen. et Petrus abb. monast. s. Saturnini Tolosan., S. R. E. vicecancellarius, nuntii ad dictos reges propter hoc destinati, indixerant, scilicet usque ad tres annos a festo Nativitatis D.ni complendos. (*V.* 70, ep. 68, *de cur.*)

16 jun. 1320. (XVI kal. jul.) **12179.** — Univ. etc... notum fit quod Bertrando vicecomiti Leomaniæ et Altivillaris prorogatur terminus ad comparendum coram Papa. (*V.* 70, ep. 78, *de cur.*; *Coulon*, n. 1100.)

18 jun. 1320. (XIV kal. jul.) **12180.** — *Bertrando tit. s. Marcelli presb. card.*, A. S. legato, mand. ut per se vel per alium seu alios in locis de quibus sibi videbitur faciat nunciari nobilem virum Passarinum de Mantua qui civitatis et districtus Mantuæ off. vicariatus post obit. Henrici Romani Imperatoris absque S. A. licentia, cum ad eam Romano imperio

Datum *Avenione.*

vac. dictum off. exercere pertineat, retinuit, et omnes sibi obedientes et adhærentes sententias excom. et interdicti in processibus Papæ contentas incurrisse. Item scribitur eidem legato contra nobilem virum Canem de Scala, Veronen. civit. et districtus vicarium. Item ep.o Bononien. et mag. Aymerico de Castrolucii contra Passarinum et Canem. Item scribitur eidem legato quod ipsos faciat nunciari et ab omnibus arctius evitari in provinciis et civit. Lombardiæ, Tusciæ et aliis locis. (*V.* 70, ep. 74, *de cur.*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1320, § XIII.)

22 jun. 1320. (x kal. jul.) * **12181.** — *Decano eccl. Patavien.* mand. ut assistat fratri Henrico de Hecpont, dudum priori F. O. P. Ratisponen., ad recuperandum summam 607 florenorum et frustra puri auri de bonis Eccl. Romanæ quæ fuerunt subtracta in Civitate Nova, Patavien. di., Wolramo de Crumnow, presb. Olomucen. di., cui dictus Henricus ea ad civit. Herbipolen. deferenda commiserat. (*V.* 70, ep. 90 *de cur.*)

Ut s. **12182.** — *Ep.o Olomucen.* scribitur quod fratri Henrico de Hecpont assistat circa recuperationem quarumdam summarum marcharum quas pro uno de frustris auri prædictus Wolramus commutaverat in loco Zenoymen., Olomucen. di., eid. subtractarum. (*V.* 70, ep. 91, *de cur.*)

Ut s. **12183.** — *Alberto el. Patavien.* scribitur de eodem. (*V.* 70, ep. 92, *de cur.*)

Ut s. **12184.** — *Decano veteris Capellæ Ratisponen.*, ep.i Ratisponen. vicario, mand. ut assistat fratri Henrico circa recuperationem summarum et frustrorum prædictorum, quæ, si ab Henrico prædicto recuperari non possent, de bonis ejusd. Wolrami usque ad valorem summæ flor. et frustrorum auri prædictorum distrahenda et vendenda, illorumque pretium dicto priori assignandum, ad manus suas recipere non postponat. (*V.* 70, ep. 93, *de cur.*)

27 jun. 1320. (v kal. jul.) **12185.** — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato*, mand. ut in locis de quibus sibi videbitur per se vel alium citet Raynaldum dictum Passarinum qui se in Mantua civitate vicarium Imperii nominabat quod infra duorum mensium spatium apost. conspectui se præsentet sub pœna 10.000 marcharum argenti et amissionis privilegiorum, et quod in singulis eccl. suæ legationis faciat eum excommunicatum nunciari publice. Additur securus conductus pro dicto Passarino. (*V.* 70, ep. 100, *de cur.*)

Ut s. **12186.** — *Eid.* mand. ut per se vel alium Mathæum Vicecomitem de Mediolano, qui se in civit. Mediolanen. vicarium imperii nominabat, in locis suæ legationis faciat excommunicatum publice nunciari singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis. (*V.* 70, ep. 101, *de cur.*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1320, § XII.)

Ut s. **12187.** — *Eid.* mand. ut in locis, de quibus sibi videbitur, per se vel alium citet Canem de la Scala qui se in civit. Veronen. et districtu vicarium Imperii nominabat quod infra II mensium, etc. ut s., n. 12185. (*V.* 70, ep. 102, *de cur.*)

Ut s. **12188.** — *Eid.* mand. ut Canem de la Scala faciat excommunicatum publice nunciari. (*V.* 70, ep. 103, *de cur.*)

Ut s. **12189.** — *Eid.* mand. ut citet Mathæum Vicecomitem quod infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi compareat, subiturus inquisitionem super labe hæresis, de qua suspectus habetur, sub pœnis jam dictis. De securo conductu providetur idem Mathæus. (*V.* 70, ep. 104, *de cur.*)

28 jun. 1320. (IV kal. jul.) **12190.** — *Guittoni ep.o Urbevetan.* committitur quod possit deputare aliquam bonam personam nemini suspectam in potestatem civitatis Viterbien. (*V.* 70, ep. 110, *de cur.*)

29 jun. 1320. (III kal. jul.) **12191.** — *Senescallo Bellicadri* mand. ut omnes illos in sua jurisdictione consistentes, qui se nominant pastorellos et qui velle se asserunt transfretare, moneat et

Datum *Avenione.*

inducat ut a præmissis desistant donec per S. A. aliter fuerit ordinatum. — I. e. m. scribitur vicario ep.i Avenionen., archiep.o Arelaten. ejusque suffraganeis. (*V.* 70, ep. 73, *de cur.*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1320, § XXI; *Coulon*, n. 1107, 1111, 1113.)

2 (VI non.) *jul. 1320.* **12192.** — *Mag. Raynaldo de S. Arthemia, ducatus Spoletan. rectori,* mand. ut ad castrum de Cerreto se personaliter conferat et per se vel per alium caute inquirat de quibusdam falsariis litterarum apostolicarum, qui dicuntur ibi morari quique falsis prædicationibus et indulgentiis pecunias a fidelibus extorquent; ipsos autem caute capiat et fideliter custodiri faciat quousque aliud receperit in mandatis. (*V.* 70, ep. 94, *de cur.*)

5 (III non.) *jul. 1320.* **12193.** — Littera de securo conductu *Mathæo Vicecomiti* de Mediolano vel procuratori suo venientibus ad mandata Eccl. Romanæ. — Item pro *Raynaldo dicto Passarino de Mantua et Cane de la Scala* venientibus ad mand. Eccl. Romanæ. (*V.* 70, ep. 96, *de cur.*)

Ut s. **12194.** — Datur littera de securo conductu *mag. Joanni de Solerio* can. Hereforden., A. S. nuncio, e partibus Portugalliæ ad dictam sedem redeunti cum quibusdam bonis et rebus ad eam spectantibus. (*V.* 70, ep. 97, *de cur.*)

Ut s. **12195.** — *Mag. Guillelmo de Balaeto, archid. Forojulien., PP. cap., civit. Beneventan. rectori,* mand. ut cum prudentibus viris de quibus sibi videbitur recipiat consilium in quo loco possit ædificari castrum in civit. Beneventan., utrum in monasterio monialium S. M. Beneventan., O. S. B., ad R. E. pertin, vel alibi, et informet se bene ac rescribat etiam an monast. monialium s. Petri Beneventan., ad R. E. pertin., dicti ord., ad quod moniales monast. S. M. transferri debuerint, pro utriusque monast. monialibus sit capax. (*V.* 70, ep. 98, *de cur.*)

9 (VII id.) *jul. 1320.* **12196.** — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato,* mand. ut nunciet per terras suæ legationis quod interdictum positum in terris Lombardiæ obedientibus Mathæo Vicecomiti, vicario civit. Mediolanen., qui in suo off. plures perpetravit excessus, non apprehendit se subducentes ab obedientia dicti Mathæi. (*V.* 70, ep. 95, *de cur.*)

Ut s. **12197.** — Mand. *eid.* quod per se vel alium seu alios denunciet officiales, populum et commune civit. Mutinen. omnes sententias contentas in processibus olim contra eos per b. m. Clementem P. P. V habitis ex eo quod contra Raymundum Attonis de Aspello, tunc Marchiæ Anconitan. rectorem, Eccl. Romanæ officialem, insurrexerunt, eum bonis ipsius eccl. spoliando et interficiendo, incurrisse, et eos faciat denunciari diebus dominicis et festivis, easdem sententias sicut expedire viderit durius aggravando. (*V.* 70, ep. 187, *de cur.*)

10 (VI id.) *jul. 1320.* **12198.** — *Eidem* potestas relaxandi interdictum et quaslibet alias sententias auct. apost. prolatas in adhærentes et fautores Canis de la Scala, qui vicariatum off. in civit. Veronen. absque S. A. licentia, imperio Romano vac., retinuit, dum tamen ab ejus obedientia et sequela recesserint sine fraude; in quo casu in interdicto relabantur. (*V.* 70, ep. 105, *de cur.*)

Ut s. **12199.** — *Eidem* similis potestas quoad adhærentes Raynaldo dicto Passarino. (*V.* 70, ep. 106, *de cur.*)

Ut s **12200.** — *Eidem* similis potestas quoad adhærentes Mathæo Vicecomiti. (*V.* 70, ep. 107, *de cur.*)

12 (IV id.) *jul. 1320* **12201.** — *Ep.o* Bononien. mand. ut recipiat juramentum nomine Papæ et Eccl. Romanæ a mag. Aymerico de Castrolucii, provinciæ Romandiolæ ac comitatus Brettenorii et pertinentiarum ipsius rectore, quod præfatum regimen sibi commissum fideliter exercebit (*V.* 70, ep. 113, *de cur*; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 495, doc. DCLV.)

Datum *Avenione.*

12 (IV id.) *jul. 1320.* **12202.** — *Ep.o Viterbien.* mand. idem quoad Guittonem ep.um Urbevetan., Patrimonii B. Petri in Tuscia, comitatus Sabiniæ, terræ Arnulphorum et quarumdam aliarum terrarum rectorem. (*V.* 70, ep. 114, *de cur.*)

15 (id.) *jul. 1320.* **12203.** — *Bertrando tit s. Marcelli presb. card., S. A. legato,* mand. ut injungat quibuscumque religiosis infra Lombardiæ provinciam constitutis quod pareant nob. viro Philippo comiti Cenomanen., vicario Imperii in partibus Lombardiæ et constituto a Roberto rege Siciliæ vicario in partibus Italiæ, imperio tamen Romano subjectis, in omnibus quæ ad prosecutionem sui vicariatus fuerint opportuna. (*V.* 70, ep. 108, *de cur*; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 108, n. 203; *Coulon*, n. 1127.)

Ut s. **12204.** — *Eidem* potestas indicendi treugas inter discordes cujuscumque conditionis fuerint partium suæ legationis. (*V.* 70, ep. 109, *de cur.*)

22 jul. 1320. (XI kal. aug.) **12205.** — *Ad perp. rei memoriam.* Mand. rectoribus et officialibus comitatus Venaisini aliorumque comitatuum et terrarum ad A. S. pertin. ne Judæos ad fidem conversos molestari in bonis eorum permittant. (*V.* 70, ep. 115, *de cur.*; *Coulon*, n. 1131.)

23 jul. 1320. (X kal. aug.) * **12206.** — *Ad certitudinem præsentium et memoriam futurorum.* Processus contra invadentes regnum Siciliæ, et sententiæ latæ contra Fredericum regem Trinacriæ et omnes alios qui treugas inter dictum Fredericum et Robertum Siciliæ reges a PP. indictas fregerunt, et contra ejusd. PP. inhibitionem et mandata venerunt, regnum prædictum invadentes. (*V.* 70, ep. 116, *de cur.*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici* 1320, § XIV.)

26 jul. 1320. (VII kal. aug.) **12207.** — *Archiep.o Pisan. ejusque suffraganeis* mand. ut processus contra invadentes regnum Siciliæ per PP. habitos publicent in cathedralibus et aliis suarum civit. et di. eccl., et singulos qui pœnas et sententias in eis contentas incurrisse noscuntur, dictis pœnis et sententiis ligatos esse in eisd. eccl. solemniter nuntient. — I. e. m. *patriarchæ Aquilegen. ejusque suffraganeis; archiep.o Cæsaraugustan. ejusque suffraganeis; archiep.o Terraconen. ejusque suffraganeis; Cathanien. et Saonen. ep.is; ac univ. suffraganeis eccl. Januen. seu vicariis eorumd.* (*V.*70, ep. 116, *de cur.*)

27 jul. 1320. (VI kal. aug.) **12208.** — Idem mandatur *ep.o Bononien. seu ejus vicariis; ep.o Florentin. seu ejus vicariis; patriarchæ Graden. ejusque suffraganeis, seu vicariis eorumd.; Regin., Capuan., Tranen., Treveren., Colonien., Mediolanen., Ravennaten., Brundusin., Neapolitan., Bremen., Salernitan., Salzeburgen., Magdeburgen. et Baren. archiep.is eorumque suffraganeis seu vicariis eorumd.* (*V.* 70, ep. 116, *de cur.*)

Ut s. **12209.** — *Universitati et populo Salernitan.* notificantur processus habiti contra regem Fredericum et omnes qui dictum regnum Siciliæ vellent offendere vel invadere viriliter; resistant et contra eos taliter insurgant ita quod conatibus eorum collisis nephandum eorum propositum deducere nequeant in effectu; et super hoc scribitur *universitatibus et populis Baren., Capuan., Tranen., de Barulo, Tranen. di., Gajetan., Aquilen., Regin., Amalfitan., Brundusin., Aversan. et Neapolitan.; n. v. univ. comitibus et baronibus regni Siciliæ citra Farum, E. R. fidelibus; univ. nob. Neapolitan.; n. v. Bertrando comiti Montiscaveosi; comiti Arien.; comiti Catensan.; n. v. Bertrando comiti de s. Geneto; comiti Claromonten.; n. v. Thomasio comiti s. Severini; n. v. Joanni de Joinvilla; n. v. Romano comiti Nolan.; n. v. Loffrido comiti Fundorum; n. v. Nicolao comiti Manerbinen.; n. v. Thomæ comiti Squillacen.; n. v. Bartholomæo de Capua, regni Siciliæ prothonotario; senatui populoque Romano.* (*V.* 70, ep. 117, *de cur.*)

4 (II non.) *aug. 1320.* **12210.** — Datur littera de securo conductu *mag. Hugoni Bovis,* can. Vulteran., ad partes Alamaniæ deputato. (*V.* 70, ep. 118, *de cur.*)

Ut s. **12211** — *Ep.o Leodien. vel ejus vicario* mand. ut provideant de securo conductu prædicto Hugoni et Gabrieli, archipr. eccl. de s. Archangelo Ariminen. di., PP. cap.,

Datum *Avenione.*

nunciis A. S. — I. e. m. ep.o Meten. vel ejus vicario, et archiep.o Treveren. vel ejus vicario. (*V.* 70, ep. 119, *de cur.*)

4 (II non.) *aug. 1320.* **12212.** — *Mag. Hugoni Bovis* mand. ut accedat ad mag. Gabrielem, in partibus Alamaniæ commorantem, et una cum eo veniat ad S. A. transferentes res quæ pertinent eidem Sedi. (*V.* 70, ep. 121, *de cur.*)

Ut s. **12213.** — *Ludovico in regem Romanorum electo* scribitur ut mag. Hugoni Bovis et mag. Gabrieli, A. S. nunciis, faciat provideri de securo conductu. (*V.* 70, ep. 122, *de cur.*; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 110, n. 205.)

5 (non.) *aug. 1320.* **12214.** — *Mag. Gabrieli*, in Alamania debilitate corporis gravato, adjungitur Hugo Bovis eique mand. ut unacum dicto Hugone deferat illa quæ secum habet ad E. R. pertin., quam citius commode poterit, ad cameram apostolicam. (*V.* 70, ep. 120, *de cur.*)

6 (VIII id.) *aug. 1320.* **12215.** — *Mag. Hugoni Bovis* mand. quod, si res quæ deferebat mag. Gabriel ad curiam essent sibi subtractæ vel quocumque modo ad alios pervenissent, possit detentores compellere per censuram ecclesiast. ad assignandum sibi, eccl. Romanæ nomine, res prædictas. (*V.* 70, ep. 123, *de cur.*)

7 (VII id.) *aug. 1320.* **12216.** — *Bertrando tit. s. Marcelli presb. card., A. S. legato*, conc. ut provideat auct. apost. in 24 eccl. cathedralibus vel collegiatis infra suæ legationis terminos constitutis, quas duxerit eligendas, in singulis ipsarum videlicet singulis personis de canon. et præb. vac. vel vacaturis. (*V.* 70, ep. 188, *de cur.*; *Coulon*, n. 1136.)

Ut s. **12217.** — *Eidem* mand. ut Philippo comiti Cenomanen., Roberti regis Siciliæ in Italiæ partibus vicario, concedat facul. audiendi divina in locis interdicto suppositis. (*V.* 70, ep. 189, *de cur.*)

21 aug. 1320. (XII kal. sept.) **12218.** — *Mag. Aymerico de Castrolucii, archid. Transvigennen. in eccl. Turonen., PP. cap., provinciæ Romandiolæ et comitatus Bretenorii ejusque provinciarum rectori*, deputatur salarium octo flor. auri pro qualibet die totius temporis quo rectoriam gesserit antedictam. (*V.* 70, ep. 125, *de cur.*)

Ut s. **12219.** — *Cathanien. et Saonen. ep.is* mand. ut sibi, E. R. nomine, restitui faciant a guardiano et fratribus O. M. Januen. quamdam crucem et quamdam yconam aureas in quibus magna pars de ligno vivificæ crucis, multasque ss. reliquias conservantur, et II capita sanctorum in II aureis seu argenteis techis recondita, margaritis, lapidibus pretiosis et esmaltis ornata, quæ cum aliis bonis thesauri E. R. fuerant subtracta de sacristia eccl. s. Fridiani Lucan., quæque per traditionem Nicolosi Dani ad eos pervenisse noscuntur. (*V.* 70, ep. 127, *de cur.*; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 187, n. 403.)

Ut s. **12220.** — *Archiep.o Compostellan. et ep.o Burgen.* mand. ut inter nobiles magnates et communitates regnorum Castellæ et Legionis studeant ponere pacem, cum sint ad invicem dissidentes, et conc. eis facul. dissolvendi omnes confœderationes. (*V.* 70, ep. 138, *de cur.*)

Ut s. **12221.** — *Ep.o Burgen.* mand. idem et conc. similis facultas. (*V.* 70, ep. 139, *de cur.*)

23 aug. 1320. (X kal. sept.) **12222.** — *Mag. Guillelmo de Balaeto, archid. Forojulien., PP. cap.*, mand. ut ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis O. P. in regno Siciliæ et terra ejusdem regni quæ est citra Farum et a substitutis et delegatis ab eis exigat omnia bona quæ ratione off. inquisitionis receperunt et ad R. E. spectant; et quia nonnulli inquisitores tam superstites quam vita functi prædicta bona fratribus, nep., et aliis consanguineis legasse dicuntur, mand. dicto mag. ut ad restitutionem etiam hæredes per censuram compellat. (*V.* 70, ep. 137, *de cur.*)

Datum *Avenione.*

23 aug. 1320. (x kal. sept.)

12223. — *Mag. Petro Duranti, can. Ebredunen., PP. cap., A. S. nuncio,* mand. ut a successore Joffridi olim archiep.i Colonien. petat 5.000 march. argenti olim in eccl. Colonien. deposita de decima pro subsidio Terræ Sanctæ collecta, quæ dictus Joffridus fracto loco depositi absque S. A. licentia recepit, et in suos ac eccl. suæ usus convertit. (*V.* 70, ep. 140, *de cur.*)

Ut s.

12224. — *Eid.* mand. ut exigat a successore Joannis olim ep.i Trajecten. 3.000 march. arg. olim in eccl. Colonien. deposita de decima pro subsidio Terræ Sanctæ collecta, quæ dictus Joannes modo prædicto subtraxit. (*V.* 70, ep. 141, *de cur.*)

Ut s.

12225. — *Eid.* mand. ut exigat a rege Bohemiæ 580 marchas grossorum denariorum pragen. ad pondus Maguntin. quas cl. m. Wencezlaus rex recepit a mag. Bonajuto de Casentin., can. Aquilegen., A. S. nuntio, tunc collectore decimarum in illis partibus pro Eccl. Romana. (*V.* 70, ep. 142, *de cur.*)

Ut s.

12226. — *Eid.* conc. potestas ut omnes pecuniarum summas quæ Eccl. Romanæ debentur in Treveren., Maguntin., Colonien. et Salzeburgen. civitatibus, di. et provinciis possit exigere, Eccl. Romanæ nomine, et citare detentores si expedierit. (*V.* 70, ep. 143, *de cur.*)

Ut s.

12227. — *Eidem* datur littera de securo conductu. (*V.* 70, ep. 144, *de cur.*)

25 aug. 1320. (VIII kal. sept.)

12228. — *Gerardo Gentilis et Bonifacio de Perutiis, mercatoribus Florentin. de societate Perutiorum de Florentia,* datur recognitio quinque millium flor. auri quos mutuaverunt Gasberto ep.o Massilien., PP. Camerario, E. R. nomine recipienti. (*V.* 70, ep. 128, *de cur.*)

Ut s.

12229. — *Joanni Bartholi de Bardis et Lorino Bonajuti, mercatoribus Florentin. de societate Bardorum de Florentia,* datur similis recognitio. (*V.* 70, ep. 129, *de cur.*)

26 aug. 1320. (VII kal. sept.)

14313. — *Mag. Aymerico de Castrolucii, archid. Transvigennen. in eccl. Turonen., PP. cap., provinciæ Romandiolæ rectori,* mand. ut recipiat ac fortificet locum ipsi benevisum, infra provinciam ipsi commissam constitutum, pro sua suæque curiæ residentia. (*A.* 14, f. 525 [b]; *V.* 71, ep. 180 *de cur.*; Theiner, *Codex Diplomaticus,* t. I, p. 507, doc. DCLXX.)

Ut s.

14314. — *Communitatibus et populis civit., castrorum et aliorum locorum per provinciam Romandiolæ constitutis, E. R. fidelibus,* mand. ut recipiant potestates per moxdictum rectorem deputandos in civit. et castris eisque obediant. (*A.* 14, f. 525 [b]; *V.* 71, ep. 181 *de cur.*)

Ut s.

14315. — *Supradicto rectori provinciæ Romandiolæ* mand. ut compescat n. v. Pandulphum et Ferrantinum de Malatestis ac commune Ariminen. ad dimittendum salinam Cerviæ ad E. R. pleno jure spectantem, ab ipsis occupatam. (*A.* 14, f. 525 [b]; *V.* 71, ep. 182 *de cur.*; Theiner, *Codex diplomaticus,* t. I, p. 507, doc. DCLXXI.)

Ut s.

14316. — *Eid. rectori* conc. potestas providendi de potestatibus seu rectoribus singulis civit. et castris ejusd. provinciæ. (*A.* 14, f. 526 [a]; *V.* 71, ep. 183 *de cur.*; Theiner, *ut s.*, doc. DCLXXII.)

Ut s.

14317. — *Eid. rectori* mand. ut compellat impedientes jurisdictionem suam in præfata provincia ut ab impedimentis cessent. (*A.* 14, f. 526 [a]; *V.* 71, ep. 184 *de cur.*; Theiner, *ut s.*, doc. DCLXXIII.)

Ut s.

14318. — *Eid. et Geraldo Danglars, can. Urgellen., thesaur. prædictæ provinciæ,* mand. ut petant et exigant pecunias et census E. R. debitos in provincia Lombardiæ, patriarchatibus Aquilegen. et Graden., ac terra Venetiarum ejusque districtu et circumvicinis partibus. (*A.* 14, f. 526 [a]; *V.* 71, ep. 185 *de cur.*)

29 jul. 1321. (IV kal. aug.)

14319. — *Mag. Oliverio de Sarceto can. Æduen., PP. cap., causarum sacri palatii auditori,* mand. ut puniat Martinum Petri de Ros, ord. hospitalis s. Joannis Jerosolimitani, castellanum Empostæ, olim priorem provincialem, seu magni prioris hospitalis ejusd. in insulæ Siciliæ locum tenentem, qui graves injurias intulit quond. Bernardo Regis, archid. Nemausen., a quo excommunicatus fuerat ob non solutas decimas, per Clementem PP. V in dicta insula impositas. (*A.* 14, f. 533 [a]; *V.* 71, ep. 200 *de cur.*)

Ut s.

14320. — *Aymericus de Cregolis,* decanus eccl. Colimbrien., subrogatur Hugoni de Engolisma, qui una cum Guillelmo Girondæ et Petro Ricavi deputatus fuerat ad exigendum computum pecuniæ collectæ de decima a Clemente Papa V per VI annos in Arelaten., Aquen., Ebredunen., Viennen., Bisuntin., Tarantasien. et Lugdunen. provinciis pro subsidio terræ sanctæ in concilio Viennen. imposita. (*A.* 17, f. 387 [a]; *V.* 73, ep. 85 *de cur.*)

Datum *Avenione.*

21 aug. 1321. (XII kal. sept.)

14321. — *Mag. Aymerico de Castrolucii, archid. Transvigennen. in eccl. Turonen., PP. cap., provinciæ Romandiolæ rectori,* mand. ut propter commissionem regiminis provinciæ Romandiolæ et comitatus Bretenorii a sibi commissis in civit. Ferrarien. non desistat. (*A.* 14, f. 526 [b]; *V.* 71, ep. 187 *de cur.*)

22 aug. 1321. (XI kal. sept.)

14322. — *Archiep.o Januen. ejusque suffraganeis* mand. ut supra, n. 14299. (*A.* 14, f. 531 [b]; *V.* 71, ep. 192 *de cur.*)

23 aug. 1321. (X kal. sept.)

14323 — *Mag. Aymerico de Castrolucii archid. Transvigennen. in eccl. Turonen., PP. cap., rectori provinciæ Romandiolæ,* mand. ut, appellatione remota, compellat clericos et laycos impedientes quominus ad ipsius curiam appelletur. (*A.* 14, f. 526 [b]; *V.* 71, ep. 186 *de cur.*)

31 aug. 1321. (II kal. sept.)

14324. — *Magg. Bertrando Cariti, archid. Vauren., et Raymundo de Parisiis, can. Turonen.,* mand. pro recuperatione bonorum et peculii Odonis de Randeis, mon. Majoris monast. Turonen., olim prioris prioratus s. Martini in Valle Carnoten., ad monast. ipsum spectantis, de hæresi per Martinum de s. Paulo, O. P., inquisitorem hæreticæ pravitatis in regno Franciæ per S. A. constitutum condemnati et dicto prioratu omnique peculio privati. (*A.* 14, f. 516 [a]; *V.* 71, ep. 197 *de cur.*)

1 (kal.) *sept. 1321.*

14325. — *Eisdem* mand. pro restitutione 240 l. t. de peculio prædicti Odonis de Randeis facienda fratri Mauritio de s. Paulo O. P. inquisitori hæreticæ pravitatis in regno Franciæ pro expensis per eum factis pro captione dicti Odonis. (*A.* 15, f. 532 [b]; *V.* 71, ep. 198 *de cur.*)

Ut s.

14326. — *Mag. Joanni de Pinu, can. eccl. de Tornodoro Lingonen. di.,* mand. ut recipiat 580 march. grossorum denariorum pragen. ad pondus moravicum, 64 grossis pro marcha qualibet computatis, per regem Bohemiæ Cameræ apost. oblatas in restitutionem totidem marcharum per Venceslaum, dum viveret, regem Bohemiæ, pro regni sui necessitatibus receptarum de pecuniis in subsidium Terræ Sanctæ in civit. et di. Olomucen. collectis. (*A.* 14, f. 432 [b]; *V.* 71, ep. 199 *de cur.*)

Anno V°. [1]

14327. — *Rostagnus Dodons* fit perp. cap. capellæ B. M. de Bedarida, Avenionen. di., in loco ubi synagoga extiterat hactenus judæorum fundatæ. (*A.* 19, f. 509 [a]; *V.* 71, ep. 37 *de cur.*)

Ut s.

14328. — *Bertrandus Lamberti* fit perp. cap. ejusd. capellæ. (*Ibidem.*)

Ut s.

14329. — *Bertrandus de Narbona* fit perp. cap. dictæ capellæ. (*Ibidem.*)

1. Tres sequentes litteræ ponendæ sunt post diem XX^am^ februarii 1321, ut videtur supra n. 14244.

APPENDICES AD QUINTUM BULLARII JOANNIS XXII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1320 parte prima reperiuntur.

XI sept. 1320 pontificatus Joannis XXII anno V°.

14330. — Depositio alia (vide supra, n. 12263) Bartholomæi Canholati, cler. Mediolanen., qui e curia recedendo captus fuit et in carcere detentus, ubi tormenta sustinuit, nolens revelare quæ in curia apost. retulerat; tandem liberatus, a Galea filio Mathæi Vicecomitis Placentiæ vocatus fuit et rogatus ut in negotio mortis Papæ procederet, pro quo etiam Dantem Aleguirum vocaverat dictus Galeas. Ipse autem Bartholomæus fingens se in omnibus obedire esse paratum, dictam imaginem, postquam habuit, e Placentia usque ad Avinionem portavit, ipsamque Bertrando s. Marcelli, presb., Arnaldo s. Eustachii, diac. card., Petro, S. R. E vicecancellario, et Geraldo de Lalo, notario, tradidit. (*Minuta chartacea decem foliis modo quaterni insimul sutis constans*; n. 2ª.)

II

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1320 parte secunda reperiuntur.

Datum *Avenione*. *5* (non.) *sept. 1320.* *14* et *13 sept.*; *18 oct.*; *5, 11* et *22 sept. 1320.*

14331. — Littera Joannis Papæ XXII de securo conductu pro Angelo de Urbe, cursore suo, pro quibusdam E. R. negotiis destinato. (*Orig. perg.*; *de cur.*; n. 6.)

14332. — Sex instr. de solutionibus a camerario et thesaur. Papæ factis pro expensis coquinæ, pane et sale pro hospitio Papæ, necnon pro operibus capellarum construendarum in capitibus ecclesiarum conventuum prædicatorum, minorum et B. M. de Montecarmelo fratrum ord.; pro fabrica claustrorum in circuitu monast. monialium s. Laurentii; pro operibus coquinæ et dormitorii monast. sororum s. Claræ

de Avinione, necnon pro botis vinariis et lignis combustibilibus ad usum hospitii Papæ. (*Orig. perg. duabus petiis longis constans*; n. 7.)

14 et 15 sept. 1320, ind. IIIa.

14333. — Instrumenta publica quo constat in eccl. S. M. de Valentia, Papien. di., Percivallum, ejusd. eccl. præp., de mand. Bertrandi s. Marcelli presb. card., A. S. legati, solemniter Mathæum de Vicecomitibus, de Mediolano, excommunicatum publicasse. (*Orig. perg. parvum*; n. 8.)

Die lunæ 15 mensis sept. 1320, ind. IIIa.

14334. — Ottinus de Valentia ord. minorum, famil. ac domesticus Bertrandi s. Marcelli presb. card., A. S. legati, ejusdemque nuntius generalis, mandat ut publicentur sententiæ et processus contra Mathæum de Vicecomitibus, de Mediolano, eique adhærentes. Actum in Alexandria in eccl. S. M. de Bergolio per Jacobum Rubeum et Andream Gambarinum, sacri palatii notarios. (*Orig. perg. parvum*; n. 9.)

Die sabbati 17 sept. 1320, ind. IIIa.

14335. — In eccl. S. M. de Valentia frater Ottinus de Valentia, O. F. M., præsentavit Percivallo præp. dictæ eccl. litteras executioni mandandas contra Mathæum de Vicecomitibus, de Mediolano. Actum per Giriellum Aribaudum, notarium palatinum. (*Orig. perg. parvum*; n. 10.)

Die XXa mensis sept. 1320, ind. IIIa.

14336. — Relatio [Guidonis] ep.i Taurinen. de publicatione citationis et denunciatione sententiarum et processuum contra Mathæum Vicecomitem habitorum ad legati mandatum per eumd. ep.um executa. Actum die xxa sept. in capella ep.i per Petrum Marentini, cler. Taurinen., not. publicum et scribam dicti ep.i. (*Orig. perg. magnum*; n. 11.)

3 oct. 1320.

14337. — Petrus de Megens, prior eccl. s. Petri de Mallana, Arelaten. di., vendidit Stephano Radelli, de Mallana, omnes redditus dictæ eccl. pretio 100 lib. tur., accedente consensu G. abb. Monast. majoris Turonen. Actum apud Mallanam per Petrum Corami notarium. — *Dorso legitur* : Hoc est cartularium receptorum curiæ Montilii Ademarii d.ni nostri Papæ et etiam expensorum per Joannem de Landro, clavarium dicti loci. (*Orig. perg., sed non integrum*; n. 13.)

Datum *Dertusæ*. *9* (VII id.) *oct. 1320.*

14338. — *Berengarius ep.us Dertusen.* scribit Joanni Papæ XXII se publicasse et publicari mandasse processus et executorias litt. ipsi ab archiep.o Terraconen. transmissos de mand. apostolico. (*Orig. chartaceum parvum*; n. 14.)

Datum *Avenione*. *Die XIVa mensis oct. 1320.*

14339. — Epistola *Gasberti ep.i Massilien.*, Papæ camerarii, ad collectores et subcollectores decimæ sexennalis per Clementem Papam V in concilio Viennen. impositæ pro subsidio terræ sanctæ, in Arelaten., Aquen., Ebredunen., Viennen., Bisuntin., Tarantasien. et Lugdunen. pro parte illa quæ de regno Franciæ non existit provinciis constitutos, ut transmittant ad curiam pecuniam collectam. (*Orig. perg. parvum cum sigillo cereo rubeo pendenti*; n. 15.)

8, 14, 19 et 21 oct. 1320.

14340. — Adsunt quatuor instrumenta de solutionibus factis a camerario et thesaur. Papæ, pro expensis Jacobi Galvanhi de Tolosa et fr. Joannem Gauræ de O. F. M., tam in veniendo de Tolosa apud Avinionem quam ibi morando de mandato Papæ, ac pro pretio suppellectilium domus eis assignatæ; pro pretio 2.100 pellium pro forraturis faciendis; pro pretio plumbi ad opus bullæ Papæ, necnon pro vadiis unius anni pro Petro de Ozia, mil., et germano Papæ. (*Orig. perg. longum*; n. 16.)

26 oct. 1320.

14341. — Instr. quo constat Joannem de Fontemaroxo, can. eccl. s. Donati Januen., publicasse litteras Bertrandi s. Marcelli presb. card., A. S. legati. Actum Januæ in eccl. s. Donati anno 1320, ind. IIIa, die dominica XXVI oct., hora ante tertiam. (*Orig. perg.*; n. 17.)

Ut s.

14342. — Instrumentum quo constat Guirardum, cap. monast. s. Andreæ de Porta de Janua, publicasse litteras prædicti legati. Actum Januæ in eccl. s. Andreæ de Porta anno et die quibus supra. (*Orig. perg.*; n. 17a.)

3 nov. 1320.

14343. — *Aymericus de Castrolucii*, archid. Transvigennen. in eccl. Turonen., Papæ cap., provinciæ Romandiolæ ac comitatus Brettenorii et pertinentiarum ejus rector generalis, mandat regimini, consilio et communi Ariminen., E. R. fidelibus, ut die XII^a^ præsentis mensis, in castro Brettenorii, ad parlamentum generale cum ambasciatoribus et syndico compareant. Datum in castro Brettenorii anno 1320, pontificatus Joannis Papæ XXII anno V°, die III^a^ mensis novembris. (*Orig. chartaceum cum sigillo cereo rubeo a tergo fere deleto*; n. 18.)

7 nov. 1320.

14344. — Præp. et capit. s. Petri de Porta Januen. scribunt Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato, se in ipsorum eccl. publicasse Mathæum Vicecomitem civit. Mediolanen. excommunicatum. Datum Januæ anno 1320, die VII^a^ novembris, pontificatus Joannis Papæ XXII anno IV° (*sic*) (*Orig. perg. parvum cum cordula canapis rosea*; n. 20.)

5, 9, 12 et 18 nov. 1320.

14345. — Adsunt quatuor instrumenta de solutionibus a camerario et thesaur. Papæ factis pro annona, forraturis et vino ad usum heleemosynæ et hospitii Papæ. (*Orig. perg. longum*; n. 19.)

19 nov. 1320.

14346. — Sententia arbitralis Petri ep.i Riven. in lite quæ vertebat inter Petrum abb. monast. s. Saturnini Tolosan., S. R. E. vicecancellarium, et Arnaldum de Villamuro, priorem prioratus de Martris, Riven. di., super eccl. de Monteursino, quæ mensæ dicti abb. adjudicatur, exceptis illis bonis quæ plures quond. priores dicti prioratus acquisiverunt pro eodem prioratui. Actum Avenione in domo Petri ep.i Riven. anno 1320, ind. III^a^, pontificatus Joannis Papæ XXII anno V°, die XIX^a^ nov. (*Orig. perg.*; n. 19 ^a^.)

Die 20 nov. 1320, ind. III^a^.

14347. — Instrumentum quo Elyo de Villanova, mag. hospitalis s. Joannis Jerosolimitan., in capit. generali ap. Arelatem congregato, præsentibus pluribus fratribus et magistris dicti ord., de consensu eorumd., vendidit d.no Papæ, et pro ipso Gauberto ep.o Massilien., camerario suo, omnes possessiones quas dictum hospitale habebat et habere poterat in civit. Caturcen. et districtu ejusd., quæque fuerant quond. ord. militiæ Templi, pretio 2.000 flor. auri de Florentia. (*Orig. perg. magnum cum filis sericis rubeis ex quibus pendet sigillum plumbeum prædicti Elyonis*; n. 22.)

23 nov., 1, 2 et 6 dec. 1320.

14348. — Adsunt quinque instrumenta solutionum factarum a camerario et thesaur. Papæ pro factura gannachiarum, et capuciorum; pro pretio bericarum, gorgeriarum, bassinetorum seu cerveleriarum et propunctarum; pro pretio cartaironum seu anguillarum de Martegne ad usum hospitii Papæ; necnon pro expensis Hugonis Bovis, rectoris eccl. de Airnaco Caturcen. di., ad partes Alamanniæ a Pontifice destinati. Quorum instrumentorum unum confectum est super armaturis scilicet 102 scutis, 29 balistis, et 6 loricis de ferro Bernardo de Fagia, domicello Caturcen. di., scutifero et famil. Papæ, causa custodiendi traditis. (*Orig. perg. longum*; n. 21.)

10 dec. 1320.

14349. — Instrumentum quo constat Petrum Tinelli, priorem domus fratrum Augustinorum de Caturco, recepisse a mag. Guillelmo de Lacosta, ex parte Papæ, 12 tunicas de blanqueto, coram Bernardo Bel cler., publico auct. regia notario. Datum XXII^a^ die ab exitu mensis dec. apud Caturcum. (*Orig. perg. parvum*; n. 24.)

Datum *Avenione.* *25 dec. 1320.* (VIII kal. jan. anno V°.

14350. — Joannes Papa XXII mandat archiep.o Ravennaten. ejusque suffraganeis, ac aliis pers. ecclesiast. provinciæ Ravennaten., ut solvant decimam ipsorum ecclesiast. redditiuum ad triennium in ead. provincia ab eo impositam pro necessitibus Romanæ Ecclesiæ. (*Orig. perg. cum correctionibus in margine; de cur.*; n. 25.)

Die 13 mart. 1320 ad annum 1323 die XXIII sept.

14351. — Inquisitiones plurium dampnorum Guillelmo, s. Cyriaci in Thermis presb. card., illatorum in possessionibus prioratuum s. Andreæ de Palhacia et s. Petri de Stello, ad ipsum pertin., habitæ in curia dicti cardinalis. (*Orig. perg. sex membranis longis constans*; n. 26.)

III

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1321 reperiuntur.

9 jan. 1321.

14352. — Littera officialis Claromonten. continens quædam acta in causa inter Petrum de Via, priorem prioratus de Candalvo, Claromonten. di., filium n. v. Petri de Via mil., d.ni de Villamuro, ac Papæ nepotis, et abbatem monast. Yssiodoren., dictæ di., super quadam summa in qua id. abb. ratione arreragiorum dicti prioratus erga præfatum priorem per judices a S. A. deputatos condempnatus existit; pro quo quidem abbate Durandus Cistelli, civis Claromonten., dictum debitum pro se suscepit. Datum die veneris post festum Epiphaniæ Domini, anno 1321. (*Orig. perg.*; n. 2.)

31 jan. ad 10 mart. 1321.

14353. — Inquisitio et auditio testium habitæ per Laurentium de Mondayno, O. F. M., a S. A. deputatum, contra plures cives Recanaten., contumaces, hæreticorum fautores et receptores. (*Orig. perg. quatuor membranis constans*; n. 3.)

Datum *Avenione.* *3* (III non.) *feb. 1321.*

14354. — Joannes Papa XXII mandat decano eccl. Rothomagen. ut exigat omnia credita Benedicti Rotarii, civis Asten., qui omnia bona mobilia et jura ac actiones reales et personales E. R. donavit. — *Dorso legitur*: Prima commissio super facto Benedicti Rotharii renovanda, (*altera manu*) et videtur expedire quod committatur.. decano Tornacen. qui est ibidem prope introytum Alamanniæ. (*Orig. perg.*; *de cur.*; n. 1.)

Die 3 mensis feb. 1321, ind. IV^a^.

14355. — Fayditus Guiraudonis, thesaur. Patrimonii b. Petri in Tuscia, deponit penes societatem Bardorum de Florentia 2.812 flor. auri, de decima sexennali a Clemente Papa V imposita, in dicto Patrimonio collectorum et cameræ apost. in Avenione tradendorum. Actum in Urbeveteri in palatio episcopali per Jacobum Cliperii, civem Ebredunen., publicum apost. et imperiali auct. not. — *Dorso legitur*: R[egistratum] XXVII. (*Orig. perg.*; n. 4.)

4 (II non.) *feb. 1321.*

14356. — Officialis curiæ Bisuntin. notum facit quod in sua præsentia Jacobus de Nunyaco, rector eccl. de Blacherans, Bisuntin. di., procurator Anselmini Colioni civis Mediolanen., sibi substituit ut procuratores Joannem de s. Albino, Joannem Rotarii, Thomam Cochy et Renaudum de Monasterio, cler. Bisuntin. (*Orig. perg. parvum*; n. 4^a^.)

Datum *Avenione.* *6* (VIII id.) *feb. 1321.*

14357. — Joannes Papa XXII mandat Petro, s. Pudentianæ presb. card., ut in negotio sibi, antequam ad cardinalatus honorem assumptus fuisset, commisso, scilicet contra debitores mercatorum societatis Ammannatorum de Pistorio, procedat. (*Orig. perg.*; *de cur.*; n. 5; cfr. supra, n. 14240.)

Datum *Avenione.* *17 feb. 1321.* (XIII kal. mart., a. V^o^.)

14358. — Joannes Papa XXII mandat magistro civium et consulibus civit. et di. Ratisponen. ut defendant nec molestari permittant monast. s. Jacobi Ratisponen., ad R. E. nullo medio pertin., et monast. Consecrati Petri, per priorem soliti gub., quorum abbatem, priorem et professos Nicolaus ep.us Ratisponen. vinculis ferreis carceralibus afflixit, suisque administrationibus sententialiter privavit. (*Orig. perg.*; n. 6.)

Datum *Avenione.* *18 feb. 1321.* (XII kal. mart.) a. V°.

14359. — Joannes Papa XXII mandat Guillelmo Sabinen. ep.o, in Hispania A. S. legato, ut ad sedandam dissentionem, quæ occasione officii tutelæ Alphonsi regis Castellæ ac assumptione nominis tutoris noscitur excrevisse, studium et operam adhibeat. (*Orig. perg.*; n. 7.)

21 feb. 1321, ind. IV^a^.

14360. — Instrumentum continens depositionem Mengoti, gardiani O. F. M. domus Spiren., contra fratrem Franciscum de Lutra, qui suus fuerat subditus et nunc ab Emicho Spiren. ep.o in palatio suo, sub ejus protectione, receptus est; necnon duas litteras dicti Francisci, in quibus dicit « se prophetam esse, » et arcana eccl. catholicæ in se sentire; uti privilegiis apost. esse impugnare veritatem vitæ, etc... pro quibus defensandis se morti exponit. Acta per Albertum de Ryle, dictum de Colonia, cler., publicum auct. imperiali not., in domo antiqua quæ dicitur Stupa Nigra fratrum Minorum Spiren., anno quo supra, XXI die mensis febr. quæ fuit in vigilia Katedræ Petri, hora vesperarum. (*Orig. perg. longum tribus petiis insimul sutis constans* : n. 8 ; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1321, § XIX.)

Datum *Cœsenæ.* *Die XXIII^a^ feb. pontificatus d.ni nostri a. V°.*

14361. — Aymericus de Castrolucii, rector Romandiolæ, scribit ad Gasbertum ep.um Massilien., Papæ camerarium, de statu provinciæ Romandiolæ et de gestis Bononien., Cæsenatum, Ariminen., Estensium, Guelphorum et Ghibellinorum, Pandulphi de Malatestis, aliorumque tiramnorum. — *Dorso legitur* : Reverendo in Christo patri d.no nostro d.no G., Dei gratia Massilien. ep.o, d.ni nostri Papæ camerario. (*Orig. perg.*; n. 9.)

28 feb. 1321.

14362. — Aymericus de Castrolucii archid. Transvigen. in eccl. Turonen., Papæ cap., provinciæ Romandiolæ et comitatus Brittenorii et pertinentiarum ejus rector, mandat regimini, consilio et communi civit. Ariminen., E. R. fidelibus, ut solvant, infra XV dies, talliam 150 equitum et 3000 peditum firmatam in parlamento Brittenorii celebrato, scilicet summam 4294 lib. et 5 sol. bononien., pro quatuor mensibus. Datum Cœsenæ anno 1321, indictione IV^a^, pontificatus Joannis Papæ XXII anno V°, die ultima februarii. — *Dorso legitur* : Die mercurii XI martii præsentatæ fuerunt. (*Orig. chartaceum parvum cum signeto curiæ dicti rectoris*; n. 10.)

Datum *Avenione.* *3* (V non.) *mart. 1321.*

14363. — Joannes Papa XXII mag. Guillelmo de Balaeto, rectori civit. Beneventan., committit exactionem decimæ trium residuorum annorum, in regno Siciliæ citra Farum, per S. A. ad sex annos pro subsidio Terræ Sanctæ impositæ. (*Orig. perg.*; *de cur.*; n. 11.)

21 mart. 1321.

14364. — Nobilis Dalphinus filius d.ni Jacobi de s. Joanne, domicellus de Montepopulo, recognitionem fecit se ab Andrea, ep.o Magalonen., jure feudi tenere domania quæ habet in Villanova prope Magalonem et in castro Melgorii, præsertim III loca quæ vocantur Maria infra jurisdictionem dicti castri. Actum Trecalli per Dominicum Catherini notarium. (*Orig.*; n. 12.)

Datum *Avenione.* *22 mart. 1321.* (XI kal. apr., a. V°).

14365. — Joannes Papa XXII sibi reservat eccl. Januen., quoquomodo vacaverit. (*Orig. perg.*; *de cur.*; n. 13.)

Ut s.

14366. — Joannes Papa XXII mandat mag. Guillelmo de Balaeto, archid. Forojulien., Campaniæ Maritimæque rectori, cap. suo, ut a prælatis regni Siciliæ citra Farum exigat pecuniam collectam de decima a Clemente Papa V pro subsidio terræ sanctæ imposita. (*Orig. perg.*; *de cur.*; n. 14.)

Ut s.

14367. — Joannes Papa XXII mandat præfato rectori ut pecuniam supradictæ decimæ collectam et colligendam mutuet Roberto regi Siciliæ et Carolo primogenito suo, duci Calabriæ, ac ipsius in regno Siciliæ vicario generali, pro necessitatibus

dicti regni ac præsertim partium Calabriæ. — *Dorso legitur* : *de cur.* Dimittantur istæ quia aliæ sunt. (*Orig. perg. corrosum*; n. 15.)

Datum *Avenione.* *31 mart. 1321.* (II kal. apr., a. V°).

14368. — Joannes Papa XXII sibi reservat eccl. Magalonen., quovis modo vacaverit. (*Orig. perg.* ; *de cur.* ; n. 16.)

Mart. et *apr. 1321.*

14369. — Inquisitio habita a fr. Guffredo de Laude, priore s. Lazari prope Paduam, vicario Ildebrandini electi Paduan., de mand. Uberti ep.i Bononien., A. S. legati, super executione processuum a Pontifice factorum contra marchiones Esten. et alios cives Ferrarien.; scilicet an commune, universitas et singulares pers. civit. Paduan. auxilium præstiterint Ferrariensibus, vel cum ipsis excommunicatis participaverunt, etc. (*Quaternio orig. IV foliorum pergameni*; n. 19.)

8 apr. 1321.

14370. — Littera quorumdam canonicorum colleg. eccl. Castrinovi de Arrio, s. Papuli di., qui receperunt quemdam calicem argenteum deauratum a Joanne Papa XXII, dictæ ecclesiæ pro jocalibus missum. Datum in Castronovo de Arrio, die mercurii ante festum Ramorum anno Domini 1321. (*Orig. perg. parvum*; n. 18.)

10 apr. 1321.

14371. — Officialis Aurelianen. respondit Gasberto Massilien. ep.o, Papæ camerario, se citasse Joannem dictum de Dei Custodia, cler. di. Tullen., Aureliani studiis insistentem, ut infra xx dies apud S. A. personaliter coram dicto camerario se præsentet. Datum sub sigillo curiæ Aurelianen. (quod deest) anno 1321 die veneris ante ramos palmarum. (*Orig. perg.* ; n. 17.)

11 apr. 1321.

14372. — Henricus lector domus Spiren., de O. F. M., præsentavit Emichoni ep.o Spiren. quamdam litteram Joannis Papæ XXII (sub D. A. id. febr. a. v), qua id. Pontifex mandaverat præfato ep.o ut Franciscum de Lutra, O. F. M. apostatam, capi faceret et ad S.A. tramsmitteret. Actum per Albertum de Ryle dictum de Colonia, cler., publicum auct. imperiali not., anno 1321, ind. IV^a^, die XI mensis aprilis quæ fuit III id. aprilis. (*Orig. perg. non integrum*; n. 20.)

Datum *Avenione.* *29 apr. 1321.* (III kal. maii, a. V°)

14373. — Littera Joannis Papa XXII de securo conductu pro Peroto de Rochaforti, cursore suo. (*Orig. perg.*; *de curia*; n. 21).

4 maii 1321.

14374. — *Bertrandus ep.us Suessanus* scribit Berengario Portuen. et s. Rufinæ ep.o, camerario sacri collegii, ac Gasberto Massilien. ep.o, camerario Papæ, se juxta eorum mand. confirmasse electionem Mathæi de Capua, O. F. M., in archiep.um Surrentin. el., et eumd. Mathæum se obligasse ad solutionem communium servitiorum tam pro se, quam pro Richardo prædecessore suo qui morte præventus ead. servitia solvere nequivit. Datum in episcopali palatio majoris eccl. Suessanæ, die IV^a^ mensis madii, anno 1321, ind. IV^a^, pontificatus Joannis Papæ XXII anno V°. (*Orig. perg. cum vitta canapis alba, nigra et flava*; n. 23.)

9 maii 1321, ind. IV^a^.

14375. — Stephanus de Sarisesio, thesaur. civit. Beneventan., quamdam litt. Joannis Papæ XXII VII kal. apr. a V° sibi directam, Nicolao Malanox et aliis judicibus dictæ civit. præsentavit, qua eid. Stephano committebatur potestas exigendi et recipiendi omnia bona ad S. A. spectantia, quæ plures personæ antea exegerant et de quibus nullam ei reddiderant rationem. Qua præsentatione facta id. Stephanus monuit Arnaldum de Brussaco, ord. Cisterc., prædecessorem suum in off. thesaur., Raimundum de Calculo, vicarium, et alios judices, notarios et servientes curiæ Beneventan., ut infra XV dies sibi rationem redderent de gestis per eos sibique omnia bona quæ receperunt assignarent. (*Orig. perg.*; n. 24.)

11 maii 1321, ind. IV^a^.

14376. — Littera Gasberti ep.i Massilien., Papæ camerarii, ut provideatur de securo conductu familiaribus Papæ, qui pro deferendis Avinionem certis frumenti ave-

næ et bladi quantitatibus quæ ad usum eleemosynæ et hospitii ejusd. Papæ destinantur. (*Orig. perg. parvum*; n. 25.)

Die 22 mensis maii 1321, ind. IV^a.

14377. — Joannes Papa, Berengarius ep.us Tusculan., Simon s. Priscæ et Petrus s. Stephani in Cœliomonte presb. card. receperunt a nuntiis Philippi R. F. et N. et Karoli comitis Marchiæ, fratris sui, quamdam pergameni cedulam, cujus tenor in lingua gallica inseritur, quosdam articulos negotium Mathæi de Vicecomitibus contingentes continentem. (*Extant tres vittæ membranaceæ e quibus sigilla dictorum card. pendebant*; *orig. perg.*, 15^a.) — Sequitur tenor aliæ cedulæ præsentatæ die XXII apr. Item alia cedula sub eodem die. (*Extant II folia chartacea cujus deficiunt initium et finis*; n. 15^a.)

Datum *in Racenzs. 24 maii 1321.* (IX kal. jun.)

14378. — Janislaus Gneznen. archiep.us et Gewardus Wladislavien. ep.us, collectores census R. E. qui dicitur denarius s. Petri, mandant N. ep.o Culmen. ut moneat capit. eccl. suæ ad sub excommunicationis sententia infra mensem solvendum dictum censum, quem solvere denegarunt licet requisiti, imo ad S. A. appellarunt, nec deinceps eamd. appellationem sunt prosecuti; publice prius ipsa interdictis et suspensione affici denuncianda sunt. (*Orig. perg. parvum*; n. 26.)

Datum *Avenione. Die III^a jun. 1321*, ind. IV^a.

14379. — Maffiolus Carionus filius quond. Prohæ et Bertraminus de Rubiano filius quond. Petri, procuratores Mathæi Vicecomitis militis, qui se dicit civit. et districtus Mediolanen. vicarium generalem, exhibuerunt coram quibusdam S. R. E. card. quoddam instrumentum procurationis, ad petendum a Papa Joanne XXII absolutionem a quibuscumque sententiis in ipsum Mathæum, filios, officiales et cives suos latis. Actum per Mathæum de Pontecurvo apost. et imperiali auct. notarium. (*Orig. perg.* n. 27.)

10 jun. 1321.

14380. — Adsunt dua instrumenta quibus præp., decanus et capit. eccl. Cameracen. supplicant Joannem Papam XXII ut Guillelmo de Gravelia, presb., provideat de canon. et præb. sacerdotali eccl. Cameracen. vacantibus aut vacaturis. Datum Cameraci anno 1321, feria IV^a post festum Penthecostes. (*Ambo orig. parva cujus unum perg., alterum chartaceum existit*; n. 22 et 22^a.)

21 jun. 1321. (XI kal. jul.)

14381. — Instrumentum quo constat viceofficialem ep.i Magalonen. sigillasse duas capsulas constitutas infra domum mag. Bernardi de Camino, not. in Agantico, delati de quibusdam criminibus et in curia dicti ep.i detenti, quæ continebant quædam instrumenta et prothocolla ecclesiam Magalonen. tangentia. Actum per Mathæum Capellarii notarium. (*Orig. perg. parvum*; n. 28.)

Datum *Bononiæ, 30 jun. 1321.* (Die ultima mensis jun.)

14382. — *Ubertus, ep.us Bononien.*, refert Joanni Papæ XXII quod, juxta mand. XIII kal. dec. a. V° sibi directum, excom. et alias pœnas incurrisse denunciavit illos qui se gesserunt pro potestate, capitaneo stipendiariorum, officialibus, consiliariis civit. Ferrariæ, ac Rainaldum et Opizonem qui se dicunt marchiones Esten., aliosque adhærentes eisdem quorum enumerantur nomina. (*Orig. perg. longum quatuor petiis longis insimul sutis*; n. 29.)

Datum *1 jul. 1321* apud *Lomberias, di. Albien.*

14383. — Instr. quo constat procuratorem Petri de Ruppeforti, ep.i Carcassonen., requisivisse et monuisse Guidonem de Convenis, mil., filium comitis Convenarum, quond. condominum de Lomberiis, Albien. di., ut infra VIII dies solvat 10.000 lib. tur. quas receperat ab eod. ep.o causa mutui. Actum per Joannem de Linholis de Samatano, auct. regia notarium. (*Orig. perg. parvum*; n. 30.)

Datum *Avenione. 8* (VIII id.) *jul. 1321.*

14384. — Joannes Papa XXII mandat archiep.is, ep.is, aliisque prælatis et pers. ecclesiast. regni Siciliæ ut decimam omnium suorum ecclesiast. redditiuum, usque ad triennium a kal. maii proxime præteritis numerandum, pro R. E. necessitatibus impositam, in terminis statutis persolvant. (*Orig. perg.*; *de curia*; n. 31; cfr. supra n. 14303.)

9 jul. 1321, ind. IVª.

14385. — Instrumentum quo constat Guigonem Dalphinum Viennen., primogenitum et hæredem Joannis Dalphini Viennen., et Humbertum, Dalphini fratrem ejus, recognovisse se tenere in feudum a Papa et R. E. castra Ruppis acutæ, Podii Hugonis, de Novaysano, territoria Albanhaneti, s. Andreæ de Esparanzano, bastidæ s. Mauritii, de Boqueto et alia Aurasicen. et Vasionen. di.; homagium insuper pro prædictis feudis fecisse et fidelitatis juramentum præstitisse. Acta fuerunt hæc omnia, coram Pontifice et Henrico Dalphini, el. Meten., tutore ipsorum, Avinione in palatio episcopali, per Oddonem Leonardi de Sermineto, Terracinen. di., auct. apost. not. publicum. (*Orig. perg. magnum*; n. **32**.)

Datum *Avenione*. *11* (v id.) *jul. 1321*.

14386. — Littera Joannis Papæ XXII qua statuit quo modo 300.000 flor. auri, n. v. Bertrando vicecomiti Altivillaris et Leomaniæ a Clemente Papa V assignata et in subsidium terræ sanctæ expendenda, in hujusmodi subsidium converti debeant. — *Dorso legitur*: Vacat quia non continet nomina cardinalium qui ordinationi hujusmodi præsentes fuerunt; fuitque correcta hoc modo et bullata. De curia. R[egistrata] CLXXVIIII. (*Orig. perg.*; n. **33**.)

26 jul. 1321 ? ind. Vª.

14387. — Anselminus Colionus, civis Mediolanen., constituit Jacobum de Nuyaco, rectorem eccl. de Blacerans, Bisuntin. di., procuratorem ad lites coram judicibus tam ecclesiast. quam sæcul., necnon ad exigenda debita, et maxime ad petendum 40 lib. tur. grossorum de s. Ludovico, a Percevallo de s. Stephano, di. Asten., et Joanne Bello Ferrario, cive Mediolanen. Actum in majori eccl. Lingonen. per Hugonem Petri de Flevilla cler. Virdunen. di., publicum auct. apost. not. — Datum anno 1321, ind. vª (*sic*), die xxvi mensis jul., pontificatus Joannis Papæ XXI (*sic*) anno viº (*sic?*) — (*Orig. perg. parvum*; n. **34**.)

1321.

14388. — Copia instrumenti confecti Cracoviæ, per Joannem quond. Rudgeri de Brest, cler. Vladislavien. di., publicum auct. apost. not., in domo habitationis suæ, xvi die mensis apr. 1339, continentis acta in causa quæ vertebatur coram Janislao archiep.o Gneznen., Donarato Poznanien. ep.o et Nicolao abb. de Mogylna, Gneznen. di., O. S. B., judicibus a Papa Joanne XXII (sub die... sept. a. iv) deputatis, inter Wladislaum regem Poloniæ, ex parte una, et mag. et fratres domus S. M. Theutonicorum, ex altera, super terra Pomeraniæ. Sequitur sententia lata iv id. febr. a. 1321, qua iid. magister et fratres condemnantur ad restitutionem dictæ terræ et ad solutionem 30.000 march. monetæ et ponderis Poloniæ, ratione fructuum perceptorum ex ea, et ad satisfactionem expensarum in causa factarum. — *In fine quaternionis chartacei* (*n.* 19ª) *octo foliis constantis scribitur*: Marinus ex comitibus Marini, Equestris Militiæ s. Mauritii et Lazari commendator, eques ordinis s. Annæ secundæ classis, officialis gallicæ Legionis honoris, prælatus domesticus Gregorii Papæ XVI, in utraque signatura referendarius, patriarchalis Basilicæ s. Petri in Vaticano canonicus et tabulariorum S. R. E. præfectus, testor ac fidem facio prædictas litteras descriptas et recognitas fuisse ex autographo instrumento membranaceo, eoque aboleto, evanido, ac lacero, quod adservatur in tabulariis secretioribus vaticanis. — Instr. miscellaneum an. 1321. In quorum fidem e tabulariis præfatis, idibus octobris 1838, M. Marini tabulariorum S. R. E. præfectus. (Adest sigillum dicti præfecti cera rubea confectum.)

1321 ?

14389. — Littera Joannis Papæ XXII, in gallico ydiomate, directa Hugoni de Engoslima, archid. Cantorberien., nuntio ad Philippum regem Franciæ, ut ei offerat regnum Lombardiæ nomine summi Pontificis. Sequuntur forma homagii a dicto rege faciendi, et enumeratio servitiorum ab ipso annuatim præstandorum. (*Minuta chartacea angusta et oblonga cujus finis et datum desiderantur*; n. **25ª**.)

IV

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni quinti pontificatus Joannis XXII prout in armariis ejusdem archivii jacent.

Die dominica 7 sept. 1320, ind. III^a^.

14390. — Relatio publicationis habitæ die 3 sept. in civit. Asten. etc. (vide infra n. 14391) de mandato Uberti ep.i Vercellensis. (*Armario C, fasc.* 42, *n.* 14; *perg. magnum cum filo serico rubeo.*)

15 sept. 1320.

14391. — Relatio Bertrandi s. Marcelli presb. card., A. S. legati, de publicatione processuum habitorum per PP. V kal. jul. a. IV contra Mathæum de Vicecomitibus de Mediolano se gerentem pro vicario imperii in civit. Mediolanen., facta in civit. Asten. de qua facilius poterat pervenire ad notitiam ejusd. Mathæi qui ambasciatores ejusd. legati recipere noluit, imo eis injurias irrogavit. (*Armario C, fasc.* 42, *n.* 4; *perg. cum filo canapis.*)

18 sept. 1320, ind. IV^a^

14392. — Litteræ patentes Roberti, regis Siciliæ, qua recognoscit se mutuo a camera apostolica recepisse 10.000 florenorum in subsidium vicariatus imperialis sibi commissi in partibus Tusciæ et Lombardiæ. (*Arm. C, fasc.* 38, *n.* 6 *et* 7; *perg.*)

20 sept. 1320, ind. IV^a^.

14393. — Recognitio prædictæ summæ receptæ a procuratoribus dicti regis. (*Arm. C, f.* 38, *n.* 9; *perg. cum vitta membranacea ex qua pendet sigillum ceræ rubeæ curiæ cameræ.*)

13 (id.) *nov. 1320.*

14394. — Exemplum [1] authenticum membranaceum anni 1321, auct. fr. Petri Pisauren. ep.i et d.ni Erigisti judicis civit. Pisauren., litterarum Joannis XXII quibus liber transitus præcipitur præstari potestati et sindicis communis Fanen. civit. ad comparendum coram Pontifice pro excessibus commissis adversus S. R. E. (*Armario XV, caps. X, n.* 3, *p.* 2.)

15 nov. 1320, ind. III^a^.

14395. — Instrum. ratificationis de donatione facta Joanni Papæ XXII, die 21 jun. 1317, de quibusdam bonis ad hospitale s. Joannis Jerosolimitani pertin. in comitatu Venayssini. (*Armario C, fasc.* 23, *n.* 13; *perg. duobus membranis constans.*)

Datum *Astæ* 8 (VI id.) *dec. 1320.* (Joannis XXII pontificatus anno V°.)

14396. — Littera Bertrandi S. A. legati, suo sigillo munita, ad universos patriarchas, archiep.os et ep.os ut publicent omnes fautores Isnardi patriarchæ Antiochen. easd. pœnas et sententias incurrisse quæ contra eumd. Isnardum latæ sunt. (*Armario C, fasc.* 68, *n.* 2; *perg.*)

Die sabbati 13 et *dominica 14 dec. 1320,* ind. III^a^.

14397. — Relatio affixionis litt. apost. Bertrando s. Marcelli presb. card. A. S. legato directarum XIV kal. dec. a V° quibus Papa citat coram se Mathæum de Vicecomitibus de Mediolano, factæ ante portas s. Secundi de Mercato et majoris Asten. eccl. (*Armario C, fasc.* 42, *n.* 18; *perg.*)

Die sabbati 13 dec. et *14 dec. 1320,* ind. III^a^.

14398. — Instrumentum quo constat Bertrandum legatum affigi fecisse ante portas eccl. s. Secundi de Mercato et majoris eccl. Asten. litt. apost. (XIII kal. dec. a. V°) continentes citationem Mathæi de Vicecomitibus super impedimentis illatis venientibus ad S. A. et redeuntibus ab ead., cursoribus apost., card., etc. (*Armario C, fasc.* 44, *n.* 18; *perg. magnum.*)

1. Deprompta est hæc analysis ex indice chronologico archivii castri Sancti Angeli, sed deficit instrumentum.

Datum *Avenione.* *20 dec. 1320.* (XIII kal. jan., a. V°.)

13499. — Joannes Papa XXII mag. Hugoni de Engolisma, A. S. nuntio, mandat ut compellat prælatos regni Angliæ qui collegerunt denarium b. Petri ut de ipso cameræ apost. satisfaciant, alioquin ipse illum colligat. (*Armario C, fasc,* 11, *n.* 1; *de curia*; *perg. ex quo pendet bulla plumbea cum filo canapis.*)

Datum *Avenione.* *13* (id.) *feb. 1321.* Anno V°.

14400. — Litt. Jo. XXII cum bulla plumbea ad ep.um Spiren. ut capi faciat et ad S. A. transmittat Franciscum de Lutra, O. F. M., qui quosdam errores prædicabat. (*Armario C, fasc.* 69, *n.* 6; *perg.*)

25 mart. 1321, ind. IV^a^.

14401. — Instrum. munitum sigillo Bertrandi s. Marcelli presb. card. de absolutione Isnardi patriarchæ Antiochensis. (*Armario C, fasc.* 68, *n.* 12; *perg.*)

Datum *Gorenœ, Asten. di.,* *25 maii 1321* (pontificatus Joannis XXII anno V°.)

14402. — Littera dicti card., suo sigillo munita, ad Joannem PP. XXII cui remittit Isnardum Taconum, patriarcham Antiochen. et administratorem eccl. Papien., qui petiit absolvi ab hæresi, et juravit se mandatis apost. parere. (*Armario C, fasc.* 68, *n.* 1; *perg.*)

17 jun. 1321, ind. IV^a^.

14403. — Littera Roberti regis Siciliæ qua recognoscit se mutuo a camera apost. recepisse 6.500 flor. (*Armario C, fasc.* 38, *n.* 8; *perg. cum vitta membranacea in qua extat sigillum ceræ rubeæ dicti regis.*)

23 jun. 1321, ind. IV^a^.

14404. — Recognitio dictæ summæ receptæ a procuratoribus præfati regis. (*Armario C, fasc.* 38, *n.* 11; *perg. cum vitta membranacea ex qua pendet sigillum ceræ rubeæ curiæ papalis.*)

Datum *Avenione.* *8* (VIII id.) *jul. 1321.*

14405. — *Archiep.is et ep.is per regnum Siciliæ ultra farum constitutis* Joannes Papa XXII mand. pro collectione decimarum indictarum ad tres annos a kal. maii præteriti. (*Armario* C, *fasc.* 38, *n.* 13; *perg.*; *de cur.*; cfr. supra, n. 14303.)

Avinione in camera Papæ anno *1321, 11 jul.,* ind. IV^a^, pontificatus Joannis Papæ XXII anno V°.

14406. — Præsentibus Papa, pluribus card. et Guillelmo de s. Victore, ejusd. Papæ scriptore, Bertrandus de Gutho vicecomes Leomaniæ et Altivillaris personaliter citatus recognovit se recepisse a Clemente Papa V 300.000 flor. de quibus 150.000 Papa ordinavit tradenda esse cameræ apost. ante kal. nov. proxime futuri, et de aliis 150.000 dictus vicecomes promisit stare voluntati Papæ ita quod si fieret passagium terræ sanctæ haberet 1.000 equites, exceptis militibus suis, per duos annos et dimidium tenendos in subsidium ejusd. terræ. (*Armario C, fasc.* 8, *n.* 1; *perg.*)

Ut s.

14407. — Aliud instr. de 200.000 flor. auri dicto vicecomiti ab eod. Clemente assignatis et in pios usus convertendis, scilicet pro puellis pauperibus maritandis etc. Auditis rationibus ejusd. vicecomitis Papa ipsum et suos quittavit de dicta summa. (*Armario C, fasc.* 8, *n.* 2; *perg.*)

18 jul. 1321.

14408. — Aliud instrum. actum coram camerario Papæ de præmissis 300.000 flor. auri eid. vicecomiti a Clemente Papa V, avunculo suo, assignatis. (*Armario C, fasc.* 8, *n.* 3; *perg. cum vestigiis sigilli e cera rubea curiæ cameræ pendentis.*)

Datum *Avenione.* *30 jul. 1321.* (III kal. aug., a. V°.)

14409. — Litt. Joannis Papæ XXII *rectori et thesaur. ducatus Spoletan.* ut se informent et referant de quadam tertia parte condempnationum quas civitas Fulginaten. petit sibi relaxari. (*Armario C, fasc.* 2, *n.* 1; *perg. illigibile.*)

V

Excerpta e bullario generali ab Alexando III ad Clementum VI in camera præfecti Archiviorum Vaticanorum sito.

Datum *Avenione.* *27 sept. 1320.* (v kal. oct., anno V°.)

14410. — Statuitur archidiaconos aliosque dignitates obtinentes in divisis diœcesibus ut prius visitare bonaque seu redditus in eisdem percipere valere (*Tomus I, doc.* 54 cfr. supra, n. 14109; *Corpus juris canonici*, Extravag. Joannis XXII, tit. IV, cap. II.)

Datum *Avenione.* *25 jan. 1321.* (VIII kal. feb., a. V°.)

14411. — *Epo. Catacen., et abb. monast. s. Trinitatis Militen , ac mag. Guillelmo de s. Victore præp. eccl. s. Petri de Foresta, Aquinaten. di.*, mand. ut provideant de statu castri s. Liceti in Calabria citra Farum consistentis, et concordiam stabiliant inter Robertum regem Siciliæ et eccl. Cusentinen. (*Tomus I, doc.* 55.)

BINDING LIST APR 15 1953

549488

HEc
R

Rome, Church of, 1316-1334 (John XXII)
Lettres communes; ed. by Mollat.
v.3

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET